This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

49. 364.

49. 364.

49. 364.

49. 364.

DE

REPUBLICA ALAMANNORUM

COMMENTARIOS

SCRIPSIT

JOHANNES MERKEL

I. V. D.

ILLUSTRANDIS LEGUM ALAMANNICARUM LIBRIS
INTER MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA NUPER EDITIS.

A. MDCCCXLIX.

PROSTAT BEROLINI APUD WILHELMUM HERTZ.

(LIBR. BESSER.)

SUMMA.

I. Alamannorum nomen atque gens . . . . . pag. 3.
Adnotatio . . . . . » 25. 26. 106.
II. A. 213—371. Alamannorum bella Romana . . . . . » 3. 4.
Adnotatio . . . . . » 26. 106.
III. Alamannorum res publica vetustissima: centenae. duces. comitatus. leti. ordines populi . . . . . » 4. 5.
Adnotatio . . . . . » 26—30. 106.
IV. A. 371—452. Alamanni Suevis iuncti. Alamanni Transrhenani . » 5. 6.
Adnotatio . . . . . » 30. 31. 106.
V. A. 452—511. Alamanni debellati, sub ditione Francorum et Ostrogothorum constituti. Francia orientalis . . . . . » 6. 7. 106.
Adnotatio . . . . . » 32. 33.
VI. A. 511—638. Alamanni sub regno Austri collecti et divisi . . » 7. 8.
Adnotatio . . . . . » 33. 34.
VII. Alamannorum leges: pactus, lex Hlothari II. Initia fidei Christianae . . . . . » 8.
Adnotatio . . . . . » 34. 35.
VIII. Ius publicum a Francis introductum: dux, comes, centenarius. pagus centenis divisus. vasallagium. magistratus. novi ordines » 9. 10.
Adnotatio . . . . . » 35—37. 106.
IX. A. 638—749. Alamannorum cis Rhenum defectio et libertas. Lex Lantfridi . . . . . » 10. 11.
Adnotatio . . . . . » 37—39. 106.
X. A. 749—887. Alamannia nunciis camerae Francorum subdita. Rhaetia adiuncta. Ius Karolinum publicum et privatum: missi. comites. episcopi. lex reformata. Regnum Germanicum . . . » 11. 12.
Adnotatio . . . . . » 39—44. 106.
XI. A. 888—920. Clerici Alamanni. Optimatum usurpationes. Ministeriales. Ius civile . . . . . » 12—14.
Adnotatio . . . . . » 44—50. 107.
XII. A. 920—1096. Ducatus Alamannorum Imperii Germanici pars: Alsatia, Suevia, Rhaetia, Burgundia. Provincia comitis, civitas municipii. Iura singularia. Bellum civile . . . . . » 14—16.
Adnotatio . . . . . » 50—62. 107.

XIII. A. 1096—1250. Staufenses. Welfi. Zeringenses. Res municipalis. Territorium. Novi ordines: principes terrae, milites, cives, rustici statuliberi . . . . . pag. 16. 17.
Adnotatio . . . . . » 62—74. 107. 108.
XIV. Ius publicum: edicta pacis publicae, ius criminale, iura regalia. Ius civile: Romanum, provinciale, municipale » 17—20.
Adnotatio . . . . . » 74—82. 108.
XV. A. 1250—1268. Finis rei publicae Alamannorum. Suevia, Alsatia, Helvetia. Nobilium familiae . . . . . » 20—22.
Adnotatio . . . . . » 82—89. 108. 109.
XVI. Sueviae, Alsatiae, Helvetiae iura civilia. Speculi Suevici aetas, fontes, auctoritas . . . . . » 22—24. 106.
Adnotatio . . . . . » 89—105. 110—113.

I.

Alamannos, quod indomitae gentis nomen apud Francogallos, Hispanos, Italos postea Germanis omnibus inditum est[1], alii a virtute tamquam viros viriles (ala-man)[2], alii a societate tamquam populos foedere iunctos[3] aut civitates bona publica (almande) possidentes[4], alii veluti statu liberos (eosdem ac arimannos) ab ordine ingenuorum[5], alii a diversitate ceterarum gentium quasi peregrinos (ellmyn)[6] nuncupatos esse contendunt. Initio eos communi nomine vel Germanos[7] vel Suevos[8] dictos ac, priusquam pro natione aestimarentur, populosae Suevorum gentis partem fuisse[9] pro certo habetur.

II.

Alamannorum prima memoria tradita est quo tempore, c. a. 213, Caracalla imperator prope Moenum amnem dubiam ab illis victoriam reportavit[1]. Nam prima eorum arma Romani Rauracensi ac Moguntino praesidiis[2] et Rhaetico atque Transrhenano limitibus[3] repellebant. mox hostibus limitem transgressis occupataque Rhaetiae parte[4] ad Rhenum usque recessere nec Gallieni, a. 253—268, temporibus, quum Alamanni commoto exercitu Gallis bellum illaturi Rhenum traiecissent[5], iam impetum propulsare et vix Italiae fines ab eorum incursionibus defendere poterant[6]. Post Probum imperatorem, a. 276—282, cui ultimo tam victori quam domino contigit esse[7], in provincia superioris sive primae Germaniae[8] vix ulla certa Romanis relicta posessio est[9], licet bellicae eorum arti Alamannorum copiae saepius victae cedere cogerentur[10]. Iam Constantinus imperium a. 306 Alamannorum auxilio adeptus[11], et Constantii II., qui ne parti quidem populi resistere valeret, foedus a. 354 ictum[12], crescentis barbarorum potentiae auspicia, tantum Romanis terrorem iniecerant, ut, nisi hostis intra fines suos quaereretur, quod ab illis immineret periculum

depelli posse negaretur[13]. Huiusmodi autem belli gerendi consilio capto Iulianum imperatorem fortuna iuvit. Qui quum initio, a. 355, ab Alamannorum multitudine oppressam fere Galliam defendisset liberassetque, legiones a. 357 trans Rhenum ducere coepit, ac victor biennio exacto hostibus per caedes atque incendia Romani nominis pavore perculsis et initio iam discordia divisis conditiones pacis praescripsit[14]. Itaque dum vivebat Iulianus, prudenti magis consilio repressi, quam vi subacti Alamanni sunt: nam Valentiniano nova, quum Galliam a. 366 depopularentur, pericula attulerunt, ac licet dolo circumventi[15] duobus proeliis[16], vincerentur, id tamen assecuti feruntur esse, ut titulo munerum tributa[17] Romanorum exigerent, nec imperii Romani fines ultra praesidia prope Rhenum flumen posita iam amplius extenderentur[18].

III.

Igitur ad ea usque tempora Alamanni regionem cisrhenanam Moeno adiacentem accolebant principum[1] imperio subditi ac pagis[2] centenisve[3] inter se divisi. Quibus initio vicini qui decumates agros, »dubiae possessionis solum in sinu imperii«[4] situm, exercebant mox subacti aut societate coniuncti videntur esse, postquam Romanorum praesidia trans Rhenum collocata in barbarorum ditionem transierunt[5]. Nam belli Romani magis impetu atque eventu quam Burgundionum vi a septentrione prementium[6] terra, quam »ulvosa Nicer alluit unda«[7], ab Alamannis occupata et sedes ac caput facta est, ex quo fluctus invasionum undique manarent. A parte aquilonis, »ubi terminales lapides Alamannorum et Burgundiorum confinia distinguebant«[8], Bucinobantes[9], » quae contra Mogontiacum gens fuit Alamanna«, a meridie Lentienses, »Alamannici pagi prope lacum Brigantiae«[10], fines tuebantur, et illis circa a. 350 Macrianus apud Mattiacas aquas atque Hariobaudus fratres[11] imperabant. pagis, »qui Rheni ripis ulterioribus adhaerebant«, alteri Suomarius[12], alteri Suomarii vicino Hortarius[13], »contra Rauracos vicini limiti« Gundomadus ac Vadomarius fratres[14] ac post Vadomarium Vithicabius filius[15], horum denique pago proximi, pro quibus petendae pacis officio Vadomarius[16] fungi posset, Urius et Ursicinus et Vestralpus[17] praeerant. Hi omnes reges dicti a Romanis »Romanae potentiae iugo subdidere colla a Iuliano domita et velut inter tributarios nati et educati obsecundabant imperiis ingravate«[18]. Divisi occubuere. Nam pagorum duces sive centenarii pari inter se et dignitate et potestate videntur fuisse, in sua quisque provincia princeps, belli tempore qui vellent coniuncti[19] sub electo imperatore[20], qualis fuisse perhibetur Chrocus[21] ac fuerunt postea Respendial[22] et Chnodomarius Serapioque[23] et Priarius[24] reges. Dux a pagensibus, qui populus provinciae est, constituebatur, neque quem aliena

auctoritas posuisset tolerabant[25]. mortuo agnatos substituebant[26]. sed commune domi ullum inter duces vinculum reipublicae fuisse incompertum est[27], nam sui quisque pagi princeps iura reddebat, bellum aut foedus inibat. Ingenuorum quicunque aut generis nobilitate aut virtute corporis insignes principem sectabantur[28], inter primores civitatis sive regales[29] iura comitatus habebant[30], quae bello[31] et quaerebantur et vigebant introducta a Romanis, apud quos militiam agi non rubor barbaris fuisset, sed bellicae artis ac disciplinae tirocinium atque informatio[32]. Ii tamen, qui adversi belli pace a Romanis petita aut voluntaria defectione ab ipsa gente adeo alieni facti sunt, ut solo illis tantum relicto hostes omnia eorum possiderent, et frumenta et pecora et ipsa arma ac iuventutem[33], ignaviae (»lata«)[34] ignominia notati, nec amplius, inanis mox Romanorum patrocinii[35] expertes, in civitatem integro capitis sui, fortasse ne bonorum quidem iure recepti sunt[36]. Et haec apud Alamannos letorum[37] origo mihi videtur fuisse. nam qui postea tali nomine distinguuntur iam civium numero (»barones de mino flidis«) habentur, et quarti p. Chr. n. saeculi fine quidquid trans Rhenum[38] Romanae ditionis fuerat, et provinciales Romani et Alamanni laeticas terras colentes, eodem proculdubio uterque futurus civili iure praeditus, sub barbarorum potestate redacti sunt. Quae colluvies hominum iam ante disposita, quam Germanos ex sua quamque provincia gentem orientales hostes exturbaverant, liberatae in campo Catalaunico ac restitutae patriae cives reddidit ac speciem reipublicae, qualis antiquissimis rerum Alamannicarum monumentis[39] enarratur. Primi Alamanni et barones de mino flidis et leti »in heris generationis« manumissi, tres illi vetustissimi Alamannorum ordines, qui servituti non subiacebant, intra annos p. Chr. n. 400 et 536, quum Franci civilia apud Alamannos iura nondum consecuti erant, alii aliis statu inferiores, floruerant. libertinis enim, quorum genus servili maiorum conditione notabatur[40], et ingenuis, quorum parentum nemo servitutem servierat, saeculo quarto tertius suprascripta ex causa accessit medius inter duos illos, qui olim videntur fuisse[41], ordo letorum, qui antea ingenui Romanorum ditioni paruerant. Tum iura personarum ita ordinari coeperunt, ut quum leges conderentur, caput libertini wirigildi basis (80 solid., sive 53⅓ solid.,) fieret, duplo barones de mino flidis sive leti (160 solid., sive 106⅔ solid.,), triplo primi Alamanni (240 solid., sive 160 solid.,) aestimarentur[42].

IV.

A Gratiani imperatoris aetate ad ea usque tempora, quibus Francorum natio dominationis incrementa cepit, eventus et exitus[1] magis quam memoria gestarum rerum, qua ratio ac causae noscerentur, omnium rerum pertur-

bationi supererat. Iam tum Alamanni trans Rhenum ad Lingones et Vesontionem usque fines suos promoverant[2], et latissima terra Burgundionibus iter ac transitum a. 412[3], Francis invasionum causas et illecebras dedit[4]. Suevis praeterea tunc primum iuncti dicuntur esse, cuius gentis populis Rhenum accolentibus in Germania barbara vicinae[5] et »propriis nationibus discretae«[6] generale nomen iis postea manebat[7], qui, Iuliano imperante Rhaetiae finitimi[8], Attilae temporibus Alamannorum fines cis Rhenum flumen circumscriptos obtinebant[9]. Sunt itaque qui solum nomen gentis immutatum esse, et alii qui Alamannis illa aetate trans Rhenum pulsis Suevos successisse ab iisque eidem, quam occupaverint, terrae nomen Sueviae inditum esse putent[10]. Nam »regio illa Suevorum ab oriente Baiobaros habebat, ab occidente Francos, a meridie Burgundiones, a septentrione Thuringos«[11], Rheno atque Alpibus[12] praecipue ab Alamannis, quos tum vocabant, divisa. Ambo tamen coniuncti[13] incertum Hunnorum societatis[14] an illati Ostrogothis belli poenas dederunt a Theodemiro rege, Theoderici M. patre, proelio fusi ac »paene subacti«[15], dum secunda fortuna ceteri sub auspiciis Hunimundi et Alarici, qui Suevorum reges vocantur, Gothos per Rhaetiam et Pannoniam ad Dalmaticos usque fines persequebantur[16]. Nec postea, ne post conditum Sueviae ducatum quidem, Alamannorum Suevorumque nominibus promiscue[17] utendi consuetudo desiit, et alii aliud nomen scriptores elegerunt, quo populos a Vesontione ad Baioarios usque dispersos[18] complecterentur.

V.

Et maxima tum sane, paullo ante libertatem victoria Francorum amissam, illius gentis gloria ac potentia erat, quum, a. 479, Audoachar ipse Alamannis, »qui partem Italiae pervaserant«, propulsandis aliena auxilia imploraret[1]. At qui »hostes totius orbis Romani« adversariorum impetu vires ac numerum etiam auxissent magis, quam sustinuissent integri ancipitem fortunam, unius pugnae discrimine armis Germanae gentis ac numini Christiano cesserunt. Chlodowechi enim, qui Francorum rex occupandae Galliae copias suas admoverat, fines et imperium adorti Alamanni ac Suevi[2] prope Tulbiacense oppidum[3] a. 496 funditus caesi ac fugati sunt, ut »qui libera manu pro patria mortui«[4] non essent aut pacis ac misericordiae a victore aut a Theoderico Ostrogothorum rege[5] confugii gratiam peterent. Et huius pugnae exitu Francorum fines eo usque, ubi postea terminabatur Theutonica[6] Francia sive orientalis, et Ostrogothorum in antiquas Romani imperii provincias Rhaetiarum earumque, quas Alamanni expugnatas[7] tenebant, Galliae partium promoti sunt[8]. Hos Alamannos Chlodowechus suo regno subiectos et »terram eorum sub iugo tributarios constituit«[9]. ceteris, Suevis

praecipue, decennio exacto in ditionem receptis[10] haec una species libertatis concessa est, ut suis legibus uterentur[11]. nam Alamannos omnes, alios Francis alios Ostrogothis quum Chlodowechus supremum diem obiit, a. 511, obtemperavisse, nec ullam eorum amplius partem sui iuris fuisse credo[12].

VI.

Theodericus Chlodowechi filius regnum Austri sortitus est et in urbe Mettensi regebat Ribuarios[1] Francos inferiori Rheno adiacentes ad oceanum usque et Alamannos, quos »Ardenna et Vosagus montes versus Neuster et Burgundiam excludebant«[2], a Thuringis[3], Baiuvariis, Ostrogothis septentrionem, orientem, meridiemque versus circumdatos. Quibus itaque ceteros Alamannos Ostrogothorum ditioni subactos coniungendi unicum supererat popularium fortasse desiderium, certe studium Austrasiorum. nec Theoderico tamen id assequi contigit, et calamitatibus demum coactus Vitiges rex, ne Franci hostes essent, a. 536 Theodeberto Theoderici filio Alamannicas illas regni sui partes relictas pro pace obtulit[4]. Ea igitur aetate Rhaetia et Galliae pars trans Ligerim et in Provincia sita[5] regno Austri addebantur, ut »solidatum«[6] illud praecipuam partem in Alamannis consisteret, quos, quamquam patria quaedam instituta retinebant, reipublicae tamen Francorum formas suscepisse narrant[7]. Nam Theodebertus illis iam duces constituerat Leutharin et Butilinum, germanos fratres et genere Alamannos maximam apud Francos potentiam consecutos[8], qui permissu Theodebaldi regis a. 552. 553 Ostrogothis adversus Narsetem auxilia praestituri[9] ingentem multitudinem, praedones magis quam exercitum, alter altero itinere per totam Italiam duxerunt[10], dum morbis correpti ac proeliis devicti ad unum paene omnes periere[11]. Eodemque iure postea usus Childebertus rex, a. 588, Alamannis Leudefridi ducis loco, qui coniuratione facta »in offensam eius inciderat, Uncilenum ducem ordinavit«[12]. Itaque publico iure subiecti magis quam socii Francorum[13] Alamanni videntur fuisse. nec resistebant, quum Sigebertus I. a. 574, Childebertus II. a. 588, Dagobertus I. Chrodoberto duce a. 630, Sigebertus II. a. 640, bellis suis gerendis auxilia ab ipsis deposcerent[14], nec coloniam Suevorum in pagos Saxonum transalbinos deducendi ius Sigeberto regi a. 575 denegare ausi[15] et partes finium suorum, Hlothario I. mortuo, a. 561, trans Ligerim et in Provincia sitas, et Childeberto II., a. 596, Alesacenses[16], Suggentenses, Turenses, Campanenses, a regno Austri avulsas Burgundionibus addi initio saltem passi sunt. Tamen victa gens erat, non domita, et Alamannici populi ingenio inquiete et occasionum haud segni fortunae vindice accensi animi Austrasiorum sunt, et ortae inter reges Francorum discordiae. Theodebertus igitur rex Austri a. 610 Alamannorum victoria adiutus Alesacio-

num fines recuperat, mox, a. 612, debellatus a Burgundionibus cum regno amittit[17]. sed anno post a victoribus optimates Austri ad Hlotharium Neustri regem (II. a. 584—628), qui regnum restitueret, deficiunt, atque restituto eo a. 622[18], non contenti Dagobertum filium, nisi conciliatio evenisset a. 625[19], ad bellum patri inferendum impulsuri erant. His motibus autem sicut fieri potuit, ut Lotharingia et Alsatia Austrasiis coniunctae manerent, ita haec fortasse magis quam regum Merowingorum imbecillitas, divisae Alamannorum reipublicae, ut suos Transrhenani duces haberent[20], putanda causa est.

VII.

Quae res quum gerebantur, fundamenta, quibus morum humanitas et civilis status proveherentur, apud Alamannos iacta sunt doctrina fidei Christianae et lege populari. Ius quidem scriptum, quod dicebant Pactus lex Alamannorum[1], iam exstitit primi Hlotharii, a. 555—561, aetate[2] ac longe ante Suevorum coloniam ad Saxones deductam, nec Christiana tamen indoles aut ruditatem vincere aut ad imbuendos animos permanare potuit. Christianae enim fidei initia ad Alamannos exigua Romanorum imperio invecta[3] a Francis propagata[4] ne primi quidem Hlotharii temporibus[5] satis incrementi ceperant, ut gentilium superstitiones vel barbari mores tolli possent[6]. Quo tempore tamen, circa a. 570, Vindonensis episcopatus Constantiam translatus[7] ac Basileensis (Augustodunensis, si iusta ea interpretatio est)[8] institutus multique »Suevorum principes et infinita populi multitudo« ad fidem Christianam conversi dicuntur esse[9], primum quoque »earum partium ducem« Cunzonem fuisse legimus[10], qui Christianis sacris uteretur, ac tum quem »humanitatis auctorem« Alamanni, imo Germani praedicant, S. Galli in eremo coenobium primordia cepit. Eademque aetate Hlotharii II. regis atque optimatium concilio[11] condita lex provincialis et Christianae ecclesiae iura, quae Alamanni agnoscerent, confirmata, ordines civiles instituti, reges ac duces pro sua uterque potestate distincti, Romani pariter ac Francici iuris praecepta introducta sunt[12], consuetudo omnino a maioribus tradita ad vigorem legis provecta, reipublicae nisi constituta, stabilita tamen forma. Quarum rerum omnium memoria maxime dignae sunt civile ius letorum sive baronum de mino flidis deletum, quum libertis et Francorum litis adaequarentur, et agnitum ingenui Franci potius, quam Alamanni, ius personale, et ducis ac comitum officia firmo ordine distincta. nam tum demum Francorum imperio ipsa respublica immutata potuit videri, quum leges ad hunc finem conceptae ab ipso populo agnoscebantur. Et haec mutatio, cuius rationem adferre in Prolegomenis legis Alamannorum §. 4—6 conatus sum, comparatis inter se antiqua Pacti et nova Hlotharii legibus, ut sequitur ita brevi describi potest.

VIII.

Alamanni olim, sicut haud dubio Germani omnes, aureo duorum tremissium solido usi, Francorum nummos mox in commercio probabant. sed ne obsequio illo iura personarum imminuta videantur esse, pro certo conservatae in pristino statu reipublicae signo, quo tempore gens antiquam illam legem habebat, wirigildum antiquo more numerare solebant, quod ingenuis Alamannis, quos primos vocabant, 240 solid.$_2$ = 160 solid.$_3$, quos medios, Francos scilicet, 200 solid.$_2$ = 133$^1/_3$ solid.$_3$, quos barones de mino flidis sive letos, 160 solid.$_2$ = 106$^2/_3$ solid.$_3$ constitutum erat. servi enim nisi artis cuiusdam periti essent, ex communi omnium Francorum more 12 solidis$_2$, liberti autem medio letorum pretio qui sunt itaque 53$^1/_3$ solidi$_3$ aestimabantur[1]. Iam tum vero Francorum imperio id videtur effectum esse, ut servilis quaedam conditio letorum nomini et iis, qui manumissione huic ordini adscripti forent, coniungeretur. De pristina forma reipublicae, ut nondum mutatae, antiqua Pacti lege nihil cautum est. certo centenae manebant et centenarii quasi regali in pago suo quisque dignitate praediti, et ubi Romanorum quondam magistratuum perduraret memoria praesides ac tribuni[2]. Nec duces Alamannis nisi belli causa fuisse credo[3] ante Hlotharii I. aetatem, quos tamen Francorum reges praeficerent. Delicta magis quam commercium et civilis habitus constituendae legis causae erant, ecclesiae Christianae vel nulla, vel anceps adhuc[4] auctoritas.

Sed in alienos ritus mores legesque versa omnia sunt, quum coniunctis in unum Francorum regnis extraordinaria imperio vis et efficax animus adderentur iam incepta ad finem perducendi. Franci enim, qui mutatis nummis, quin in amplissimo civium ordine collocarentur, prohiberi non possent[5], iidem ius suum publicum Christianae, quam defendebant, fidei doctrina imbutum Alamannis iam pervicaciter oblatum haud difficile introducebant. Ecclesiae itaque pariter convenit ac imperio, ut liberti Christiano ritu manumissi et barones de mino flidis sive antiqui leti ad statum litorum Franciae ambo redacti eodem wirigildo 80 solid.$_3$ aestimarentur. illi enim meliori quam antea iure praediti sunt, ut Christiana sacra etiam beneficiorum viderentur facultatem praebere, hi capitis diminutionem immediata plerumque regis defensione compensabant, quum, quae paulo post Alamannorum fisco censualium ac tributariorum copia redundabat, per letos illa aetate in clientelam regiam transeuntes adquisita videatur esse[6]. Dux administrandae reipublicae caput[7] ac iudicii praeses[8] loco regis, cuius velut beneficio regnum accepisset[9], duce comes, comite centenarius inferiores constituebantur, ita ut magistratus a Francis introducti[10] antiquo centenae praefecto aut antecellerent aut subrogarentur, et pagorum (gow, gewe) centenis divisorum nomen atque instituta a Francis transsumerentur[11]. Vasallagii quoque iura tum Franci summis ducum

et comitum magistratibus adiungere[12] et ecclesiae, episcoporum, presbiterorum privilegia regio patrocinio sancire coeperunt. laesae enim eorum, quae a rege et proficisceretur et defenderetur, dignitatis reos triplici mulcta puniri consuevit. Penes episcopos autem quae iudicia exercendi facultas fuerit parum liquet[13]. hoc unum constat, coram populo ius redditum esse a iudicibus[14] ab ipso electis, quotannis Martio mense a duce concilia omnium civium habita, ut duci ita comiti et centenario sui cuique fori sententias proferendi et exsequendi potestatem fuisse. Magistratu enim a Francis in centenarii locum posito pagus circumscriptus est, ut ad unum omnia vergerent, qui rex esset belli ac reipublicae summus moderator[15].

IX.

Ita iam Dagoberti I. regis aetate[1] respublica Alamannorum firmata pro parte regni Austrasii habebatur. nam postea gliscente civili bello, quum Merowingorum res iam in seditiones optimatium verteretur, vix ulla eius memoria tradita est. Ut Leutharius ille a. 642[2], ita ceteri duces Alamannorum maiorum domus Austrasiae partes sequi cogebantur[3], dum publicae ruinae lucro intra proprios fines facto »ducibus Franchorum obtemperare noluerunt, eo quod non potuerint regibus Meroveis servire, sicut antea soliti erant«[4]. Et vix ullius momenti ducendae victoriae sunt, quas Pippinus ab ipsis reportaverat[5], quum post breve tempus Godofridus dux Alamannorum († 709)[6] restituendae libertati ducentis annis ante amissae idoneus factus Francorum consociationem funditus dissolvere[7], ac post tanta, imo inter media Francorum bella[8] Lantfridus filius eius († 730)[9] iam eo procedere posset, ut novas leges sua auctoritate ferret et antiquas reformaret[10]. Qui dux itaque eam legislationem perficeret, qua reductis in pristinum baronum de mino flidis statum fiscalinis vel antiquos populi ordines restituendi animum videretur habuisse, eius integra ac solida libertas et a ditione ac foedere Francorum penitus soluta respublica erat[11]. »Karlus igitur ceterique principes Franchorum paullatim illos arte qua poterant revocare studuerunt«[12]. Karlomannus omne opus efficiendi heres[13] a patre relictus a proposito propter perpetuas Thiotbaldi[14] ac Lantfridi II.[15] ducum Alamannorum infestationes discedere coactus, Pippino fratri demum et ducem devincendi et populum subiugandi facultas data est[16]. Inter media bella tamen ducis nunquam, sed Francorum regis et maiorum domus auctoritate publica, quae ex illa aetate supersint, instrumenta scripta esse[17] quum regni Merowingorum exilitatem, tum Alamannicorum ducum potestatem respicienti, eo usque iam, ut legem ferrent, provectam, adeo mira res est, ut aut legum praecepta de fide instrumentorum data (Lex Hlothar. cap. XLIII.) notarii, incuriosi iuris imitatores, secuti esse, aut cives lege ac consuetudine probatum regis dominium ac vicarii ius quam usurpatam ducis possessionem publice

saltem actorum commentariis agnoscere maluisse videantur[18]. Itaque quum incertam ac fugacem magis belli eventibus quam Alamannorum desideriis et assensu firmatam auctoritatem sibi duces compararent, quod deerat ecclesiae favore explere studebant, ut privilegiis[19], bonis, clientibus locupletatos clericos iis infestos redderent, qui seditione devicta ius regnum mox requisituri erant. nam fiscalia bona ac tributarii homines, ut opinor, a Godofrido ac posteris eius occupata et ecclesiis vel tradita vel commendata[20], postea a Karlo maiore domus ac filiis eius recuperata et aerario restituta[21], querelarum et exsecrationum causas praebuere[22], in tali principe alioquin vix iustas vel credibiles. Sed quo iure isti duces imperia acceperint, hereditate an electione, utra cuique potestas fuerit, militaris an civilis, omnium Alamannorum, qui cis Rhenum erant, an partis tantum quae Zeringensium postea, quotque eodem tempore regnaverint, unus an plures, ignoramus. Godofridi filii dicuntur fuisse Lantfridus I. a. 724—730[23], et Thiotbaldus a. 730—746[24], et ex Huochingo filio nepos Hnabi a. 720—724[25], alii aliis annis duces. de Willeharii a. 709—712 ac Lantfridi II. a. 747—749 progenie nihil certi constat. Alesacionum tamen provinciam pagis divisam et Rheno fluvio terminatam[26] post Dagoberti I. aetatem ab Alamannis seiunctam proprii duces[27] habebant, qui ab obsequio regum Merowingorum non discesserunt[28] et iura sua vectigalibus, haribanno, iudiciis exercebant[29].

X.

Sed Pippini victoria ac consilio et Alsatia[1] et Alamannia in provinciam redactae[2], eique missi sive nuncii camerae e numero comitum praepositi sunt, Warinus[3] et Ruodhardus[4], fiscale magis officium ut »exactores fisci« administraturi quam ducis vicem et magistratum[5]. Quare et comitum et episcoporum abbatumque aucta incredibiliter potestas est, quum pari inter se et auctoritate et obediendi vinculo ex nutu regis ipsius pendere coepissent, et alii mox post alios immunitatis atque regalis privilegii favores pro se quisque a domino impetrarent. Horum itaque consensu opus fuit, ut regni, quo Pippinus a. 752 potitus erat, Karlomannus et Karolus filii eius heredes fierent a. 768, et praecipuum imperii robur feudali nexu ac nobilium, tam secularium quam clericorum[6], auxilio nitebatur[7]. singuli enim ut exercitum regi adducere[8], ita conventui regali[9] ac ferendis legibus advocari debebant. Rebus ita compositis solus Karolus a. 771, regnum suscepit in quo provincia Alamannorum, Alsatiam complexa[10], a Francia orientali prope locos Elehenwanc, Fiuhctinwanc[11], Condistat, Heimbodesheim[12], Hirsaugia[13], Liuboldisrode, Breitenvurt[14], a Baiuvariis Lyco fluvio[15] ac fossa Caroli, a Burgundionibus Arari (Arola) flumine[16] ac Iurensi deserto[17], meridiem versus iugo montium, quo Theutisca atque Italica linguae dividuntur[18], terminabatur. adiuncta enim Rhaetia est[19], quam praesides[20] hucusque sub rege

Francorum constituti ac sub praeside tribuni[21] administraverant. Hi omnes Karolum regem agnoscebant[22], cuius auspiciis ducti Saxones[23] et Avaros[24] et Boemanos[25] debellaverunt, et amor principis, rerum gestarum gloria comparatus, pietatis ac coniugii vinculis[26] ita auctus et firmatus est, ut vel leges suas ab ipso emendatas reciperent[27]. quin carminibus etiam ac fabulis postea tanti regis memoria in honorem nationis verti consuevit[28]. Labantem nempe iam civili discordia et vexatione clericorum rempublicam is rex restituit introductis administrandae eius ac iuri dicundo magistratibus[29] et militaris rei[30] ac vectigalium fisci[31] legibus et reconciliatis divini iuris ac humani ministris[32], ut imperii unitatisque ac pragmaticae sanctionis, quam Hludowicus a. 825 edidit[33], valida ponerentur fundamenta. Id unum quod timeretur supererat, ne pristina nationum indoles iam unius viri magnitudine ad eundem finem directa defectionum ab imperio causas praeberet. nec Karoli scientiam fugit, ab ea re ipsa, quod in populi unius corpus multitudo provincialium coalesceret, salutem reipublicae pendere. Itaque secessionem evitaturus, quam filius mox expertus est, non solum duces gentium et capita provinciarum sustulit, sed gentes ipsas pro arbitrio suo divisas disiunxit[34]. in divisas quippe nationes earumque licet diversarum, coniunctarum tamen sub uno capite partes firmius fore ac tutius imperium intellexit. At voti compotem fieri imperatorem fata noluerunt. nec Baiuvariorum valida vis uni ex nepotibus regi commissa a. 817[35] seditionum illecebris et opportunitate auxilii Germanorum animos adversus Francogallos excitare non potuit. Hludowici enim, quem Germanicum vocant, partes a. 833—838[36] et 840[37] secutae nationes sunt, quae imperatori paullo ante paruerant belli[38] domique[39]. Sed quod studium omnium Germanorum erat, id Alamannis ad pristinum sui iuris statum redeundi occasionem praebuit, ut novarum rerum cupidi mox a Hludowico, cuius fide adstricti erant[40], ad Hlotharium Italiae regem a. 841 descisceren[41]. frustra quidem. nam Germanis victoria et imperii fatum impendebat, quum regni partes cis Rhenum et Ararim[42] flumina sitas Viroduni a. 843[43], mox a. 870 Alisatiam Hludowico cedere convenit.[44] Tum »Alamanniae et Rhaetiae maioris ac Curiensis rector«[45] Karolus (Crassus), Hludowici patris vice ac nomine[46], idemque mortuo patre, a. 876, regni Suevici[47] mox imperii heres factus est.

XI.

Interea respublica mole sua laborare coepit. externis bellis ac civili discordia imbecillitas Karoli manifesta apparebat, et Alamanni Liutwardum abbatem Augiensem, postea Vercellensem episcopum, »qui tunc maximus regis palacii consiliator fuit et dilectus imperatoris archicancellarius«, indicto die regno expellere, mox imperatoris fidem recusare ausi sunt[1]. nec Arnulfi virtute restitui res poterat[2], nisi Alamannorum proceres,

Adalbero Augustanus episcopus[3] et Hatto abbas Augiensis[4], pro familiaritate regis, »qua uterentur, popularium animos compescuissent[5]. Eo denique ventum erat, ut electo rege Hludowico Arnulfi filio (qui infans dicitur) Augiensis ille, iam praesul ecclesiae Moguntinae, litteris Romano pontifici datis[6] »de iure imperium conferendi« haec verba profiteretur: »Quia reges Francorum«, inquit, »semper ex uno genere procedebant, maluimus pristinum morem servare, quam nova institutione insidere«. Tum regiae dignitatis ludibrio, optimatum insolentia et usurpationibus, Ungarorum bellis, omnium omnino inter se discordiis respublica paene exhausta[7], adversus ecclesiasticos[8], qui soli summae rerum vere praeerant, inane Purchardi comitis, ne tyrannus magis quam princeps Alamanniae aestimaretur[9], studium, ne regis quidem affinitas[10] Erchangero, qui nuntius camerae erat, praesidium vitae erat. Ut comites enim, ita episcopi illa aetate ad ultimum potestatis fastigium pervenerant[11], et quod Karolus M. sibi proposuerat, ut singulis beneficia tribuendo nationum vires dissolverentur, id posteriores reges tamquam conditionem imperii susceperunt, dum eadem causa in exitium regni versa optimatibus princeps obnoxius fieret. Clerici autem saeculari iurisdictione praediti quum ingenii acumine aeque ac cupiditatis impetu omnibus antecellerent, ceteros ducere videbantur, et commissis sibi honoribus[12] ita usi sunt, ut aut regum animos adversus optimates, aut optimatum adversus eos incenderent, qui vicem regis gerebant vel nationis vires in unum cogere voluerunt[13]. Ac revera Germaniae caput iis temporibus ab Alamannis pendebat[14], et ecclesia Romana, ut Francici imperii adiutrix, ita Germanici inimica facta est, ita ut e provincia clericorum vexationibus adhuc intacta vindicem patriae exoriri oporteret, a quo et ipsa Alamannorum respublica nova caperet incrementa. Nam ut primis ita ultimis Karolinae dominationis temporibus natio illa duce carebat. Nuntii camerae, circa a. 910, Erchanger et Perchtoldus fratres[15] exercitum quidem Alamannorum adversus Ungaros duxerunt[16], mox tamen, ubi primum optimates sub auspiciis suis colligendi consilium ceperunt, usurpavisse regnum visi popularium invidia ac dolo perierunt[17]. Comitum iam et ecclesiasticorum principum provinciae, quibus pagorum antiqua memoria desiit[18], amplitudine sua maioris in dies momenti factae sunt, atque a Karoli M. praecepto, ne praeter marchiones[19] »ulli eorum plus quam unus comitatus concederetur«[20], initio iam privilegia regiae affinitatis ac splendidae olim dignitatis[21], mox consuetudo iuris publici declinabant[22]. Itaque propter ministerii difficultates vasalli regii vicarios instituebant[23] ac ministerialium ordo conditus est. et quum filio beneficia patris tribui solerent[24], nova surgere nobilitas[25] coepit, quae antiquam firmaret ac mox augeret. Qui omnes quatenus legibus imperialibus subiecti et quantum iuris Alamannorum momentum capitularia fecerint, quum aperta rerum gestarum monumenta desint, non liquet. certo inde a Karoli M. aetate,

quamquam conventui imperiali omnium, qui in regno erant, populorum optimates intererant[26], lex tamen nisi consensu populi nec mutari nec nova nationibus condi potuit[27]. Quo autem modo capitula quaedam[28] imperatores Salicae[29], Ribuariae[30], Baiuvariorum[31], Saxonumque[32] legibus addi voluerunt, aliaque omnibus pro communi iure proponebant[33]: eadem ratione Alamannis ab imperio nova iura profecta esse, una Italica lege excepta[34], nec libri legum nec annales tradunt. Capitularia tamen Salicae legi a Karolo M. a. 802 (Monum. Tom. Legg. I, n. 53. 54.) adiuncta, quae ceteris quoque nationibus omnibus pro lege proposita[35] videntur esse ob eamque causam in multis legum codicibus[36] scripta sunt, ipsi Alamannorum iuri mutando causam praebuerunt[37]. Comites interea et episcopi et abbates, quos ut publica imperii iura observarent admonendi occasio regibus toties oblata est, civilia multo magis pro suo quisque arbitrio exercebant[38], et populares leges pro arbitrio fere formatae, aeque vetusta earum recensio ac novella, inde a IX saeculo in libros iudicum[39] et gesta publica receptae sunt, ut ne eiusdem quidem nationis cives idem ius haberent, et scientia iuris et iudicii ratio magis magisque ad consuetudinem loci vergerent. Nec indoles illa mutabatur, postquam respublica Alamannorum sub uno ducis imperio coniuncta est, imo crescebat, et vix alia unquam Germanorum gens maiori cum studio, quam Alamanni, suas cuiusque civitatis tam morum quam consuetudinum proprietates et iura ab antiquitate derivata, posteris tradenda colebat. Vix omnes eidem domino, qui dux exstitit, parere, vix rempublicam fieri ac stabiliri passi sunt[40]. nec Purchardus I. »bellator ille interolabilis«, qui ex potentissima Alamanniae familia oriundus[41] et natura ipsa ac victoriis primus principatu dignus imperiali sanctione a. 920 comprobatus est[42], rem sine duritia vel iniustitia perficere, nec clerici ingentis, quam habuissent, potentiae et periculi, quod a saecularі capite provinciae immineret, immemores esse poterant[43].

XII.

Attamen ab isto Purchardo ducatus Alamannorum initia ponebantur ita restaurati, ut ab imperatore et respublica nationi firmata[1] et dignitas duci collata[2] videretur esse, magis fidelitatis causa obligationum ratione[3] quam naturali iure Germanorum ex popularibus[4] ducem constituendi. Tali modo sequenti tempore complures aut peregrini[5] aut a consanguineis principum saltem extranei[6] ducatum Alamanniae ab imperatoribus receperunt, et vasallagii signum honor palatinus introductus est, quo principes provinciarum, quem eligerent regem[7], eius postea imperio subiectos se esse declarabant[8]. Neque extero interea potestatem suam apud Alamannos firmare non contigit, qui »provinciae sibi creditae cultum, habitum, mores institutaque honestaret«[9], praesertim ubi matrimonio vinculum cum antiqua prin-

cipum familia iunxit[10]. Praeterea quum mos Alamannorum is fuerit, ut sola agnatione[11] tam ducatus quam fundi hereditas adquireretur, popularitatem peregrinis etiam mera imperiali sanctione comparatam esse eo maiori gentis honori ducendum est, quo magis imperatores ipsi huius modi beneficia propriae utilitatis causa conferre videbantur[12]. Sane fortissimus[13] quisque regum, quicunque ad Heinricum IV usque imperium gubernabant, Alamannorum animos et coërcebat[14] et conciliabat, ut agnito iure imperiali[15] auxilia duces, ubi bella gerebantur, voluntarii praestarent[16] ac domi familiares regum ceteris antecellerent[17]. At, quamquam illa aetate vix ulla maioris quam Saxonum provincia in imperio momenti erat, Alamannorum tamen vires in dies adeo crescebant, ut non modo reges Germanici colendae cum populo illo[18] amicitiae curam negligere nequirent, sed ipsi Alamannorum duces regno studere possent[19]. nam Alsatia[20] tum et Curiensis Rhaetia[21] partes ducatus Alamannici erant, quin Burgundiae etiam regnum[22] illi accessit et marchionatus Italiae[23]. Et tanto denique potentiae momento effectum est, ut in Ruodolfo duce, imprimis qui partes Saxonum sequeretur, omnem imperii hostes spem ponendam rati caput sibi illum et Alamanniam denuo ecclesiae sive seditionis praesidium constituerent. et quicunque Germanorum novarum rerum cupidi erant, et permulti illi, quorum iusta adhuc desideria ad irritum ceciderant[24], et pontificis Romani pars et factiosissimus quisque vasallorum[25], aperta defectione iam desperatam imperatoris fortunam in proprium lucrum vertere conati sunt. Comites enim atque ministeriales nobiles, quos »milites« vocabant, ea aetate in sua quisque provincia et in homines sub ipsorum auspiciis degentes in dies magis pro arbitrio iura exercebant[26], eodemque modo episcopis et abbatibus immunitatem in imperium immutare contigit[27]. quippe »hoc genus hominum raro suis contentum erat, sed semper plus sibi commissis usurpare solebat«[28]. Pauci tum ingenui cives, ceteri aut domini aut patrono addicti erant[29]. pro pago universitas sub ditione nobilium collecta ac territorium quod dicunt tam fundamentum potestatis quam nomen honoris[30] parabant. respublica denique Germana, quae velut arbor ex propria radice naturae, non artis incremento ramorum cacumen erigeret, contrario doctrinae feudalis ac peregrini iuris ordine suscepto de pristina valetudinis suae indole desperabat. Interea quidquid et animi et spei supererat ad civitates rediit, quarum iam illa aetate primordia ex mercatorum negotiis et privatae rei commercio[31] sub ecclesiae[32] aut palatii imperialis[33] praesidio derivata exstabant[34]. Ita Eggehardus abbas Augiensis, quum hominibus coenobii sui in vico Allensbach degentibus Ottonis III privilegia de mercatu innovata proponeret, a. 1075 iam oppidi nomine usus quidquid boni illis conferre voluit his verbis expressit: »Omnibus«, inquit, »eiusdem oppidi villanis mercandi potestatem concessimus, ut ipsi et eorum posteri sint mercatores«, qui nullo

alio inter se iure quam antiquo Constantiensium et Basileensium et ceterorum omnium mercatorum[35] fruerentur. Igitur quum iam tum singulari eorum, qui privilegia universitatis adipiscerentur, iure (cuius generis primus ea aetate codex Argentinae civitatis[36] digestus est) melior civium conditio quam libertate et communi omnium popularium lege adquireretur, ac comitatus pagi in advocatiam[37], et civitas ipsa in dediticia iura transirent: antiquae populi leges in dies magis oblivioni traditae sunt, nec imperiales, quae omnibus regno subiectis dabantur[38], adversam loci consuetudinem vincere poterant[39]. Inter media autem civilis belli discrimina, quum nec novae res satis firmae essent, nec antiquae amplius civili statui aptae, vix certi iuris quidquam manebat, ut mox »divinae pariter ac saeculares legum constitutiones nec nominarentur saltem et unusquisque prout poterat ita se iudice et correctore victitaret« [40], vixque constitutionibus publicae pacis causa ad coèrcendam vim et ferociam datis[41], quod unum genus legum generalium ab imperatore proficiscebatur[42], auctoritas vindicari posset. Quippe divisi Alamanni alii Rudolfi filium, patris heredem[43], ac mortuo illo a. 1090 Bertholdum II ducem de Zeringen[44], alii Fridericum comitem de Buren, »qui Stophen condidit« [45], ducem ab imperatore constitutum[46] sequebantur, et vix ullam fuisse alteri potestatem, quam alter non usurparit, omnino »omnes esse geminatos« et pontifices[47] et reges et duces, quae sit »miserandae imperii contumeliae« imago, annalista Suevus conqueritur[48]. Nec sine studio certe rerum scriptores Bertholdum ducem velut vindicem reipublicae extollunt, qui »in observatione iusticiae omnes praedecessores suos pene vicerit et de hoc omnium ora pio rumore compleverit« [49]. non tam voluntas enim iuncto pacis causa foedere omnium rerum perturbationi finem imponendi, quam vires et concordia principibus imperatori inimicis defuerunt[50], et magis publica domestici belli et pestis clade[51] quam colloquiis optimatium pax fessis optata et legitima dominatio a. 1096 redierunt[52].

XIII.

Ita Suevici quem tum dicere coeperunt ducatus instauratione facta principum Staufensium familia[1], Alamannicae reipublicae restitutrix ac Germaniae gloria augusta, sedem ac regnum sibi paravit. Sueviam excepto Zeringensium ducatu[2], Rhaetiam[3], Alsatiam[4], Franciae orientalis, quem ducatum Rotenburgensem dicunt[5], partem habebant. Et iterum imperii fata ab Alamannorum republica pendebant[6], dum principes Sueviae imperatoribus et fideles plerumque et familiares[7] copiis suis Germanorum adversus Italos victorias, et publicae salutis haud ignari civilis, quae intra moenia urbium nascitura erat, libertatis incrementa[8] iuvabant. vix defuisse quidquam rarae temporum felicitati omnes consentiunt, nisi cura Italici regni principum animis ab officio regio aversis[9] detrimenta initio, tandem perniciem rei-

publicae nostrae ac regiae gentis attulisset. Nam quum ecclesiae Romanae auctoritas a Pippino trans Alpes invitata, mox in damnum patriae ac Karolinae familiae regno affectato, Ottonum victoriis non tam oppressa quam propter augendam, ut putabant, regalem gloriam pars imperii Germanici et fatalis socia principum effecta esset: utriusque iuris summa potestas, virtus Germana atque Romanorum perfida cupiditas ad internecionem invicem de summa rerum pugnabant[10]. Discordia civilis a clericis facile suscitari potuit, quum intra fines Suevicae provinciae optimatum potentia[11], qua regna quasi in regno formabantur, perpetuam propagandae seditionis occasionem praeberent, ac Welforum et Zeringensium motibus iam diviso ducatu[12] comites ac praelati ecclesiastici iura principatus ac territorii[13] adversus reges aut duces exercere possent. Itaque licet initio fortissimus quisque principum Staufensium tam publicae paci quam diminuendae optimatium, quos timebat, potestati intentus alter Welforum[14], alter vacua Zeringensium[15] bona occuparent: mox tamen adversa fortuna posteri eorum, ut largitionibus nobilium animos sibi conciliarent, longe maiorem bonorum partem alienare[16] ac ducatum tandem derelinquere coacti sunt[17]. Nam quo maiora quaeque universitas municipalis incrementa cepit, eo facilius animi regum, utra pars, bellicosa vasallorum virtus an civium fides et industria, favore suo dignior esset, haesitantium in diversa trahebantur, ut modo spes unica[18] modo periculum reipublicae[19] a municipiis pendere videretur. Neque ingenii tamen indoles aut certa opinio[20] Fridericum II. imperatorem eo adduxissent, ut civium partes desereret, nisi pro domo sua ac proprii commodi desiderio seductus optimatum suffragia ambisset. unde edictis initio, quibus amicos devinciret, territoriale ecclesiasticorum principum[21] et optimatum iura regalia confirmare[22], mox, ubi superbia eorum in seditionem verti coepit[23], vasallorum avaritiae atque arbitrio libertatem ac vitam civium permittere[24] coactus est. Sed insita vis devinci aut flumen libertatis civilis obstrui nequeunt. imo et ipsi principes provinciales, ubi primum ad summum potentiae fastigium pervenisse sibi videbantur, municipia condere ac leges municipales ferre coeperunt[25]. Et ita fori quod dicunt iure[26] iam ubique intra fines territorii novus[27] civium ordo et compages hominum sub magistratu et lege propriis coniunctorum[28] reipublicae accessit, dum extra urbes pauci adhuc statu liberi[29], ceteri plurimi aut curiae[30] aut advocatiae[31] iure patronis addicti essent. libertas ac ius civile a pago intra moenia municipii recedere, et qui rure degebant libertatis suae iura nobilitate equestri compensata ut vasalli imperii exercere coeperunt.

XIV.

Inde ab illo tempore igitur, quum consuetudo ac populi sive »maiorum et meliorum terrae« consensus iuris privati origo esse nunquam desiisset[1],

iam non provinciales, sed suae cuique universitati[2] aut villae[3] leges condebantur, neque ingenuorum, qui speciali iure non uterentur ac soli antiqua populi iura retinere poterant, iudices alias quam iudiciales leges sive prudentum auctoritatem adhibere solebant[4]. Unum omnibus commune ius delictorum criminalium causa imperatores, penes quos solos meri imperii potestas erat[5], edictis pacis publicae proponebant. Tali constitutione iam a. 1085 Heinricus IV imperator iuxta normam concilii Coloniensis Moguntiae promulgata edixerat, ut violatores pacis[6] mercatoribus praecipue ac rusticis, mulieribus, clericis, monachis, locis sanctis constitutae, ingenui, »nobiles vel liberi«, nisi iuramento cum 12 sacramentalibus »probatis« sive »eque nobilibus ac liberis« praestito purgarentur, proscriptione[7] et excommunicatione, vel sicut servi »tam leti quam ministeriales«, qui iudicio aquae frigidae innocentiam non declarassent, secundum naturam criminis[8] aut vita aut corpore punirentur[9]. Attamen a. 1103 demum regia pacis constitutio[10] apud Suevos[11] vim legis videtur recepisse, unde provinciale edictum[12] »a duce Friderico et a multis comitibus, episcopo Augustano et Eistetensi episcopo et utriusque prioribus consencientibus« transumptum ac promulgatum est[13]. Itaque »corruptae pacis« reo aut de vi convicto aut post trium edictorum sollemnium[14] citationem contumaci, nisi »cum iuramento 7 veracium suae condicionis virorum expurgaretur, quod ipse non audierit ab aliquo pacem iuratam esse«, manum[15] abscidi, ac furta[16] huiusmodi criminibus adnumerari in Suevia edictum ac repetita constitutio est damnati bona proscribendi[17] ac fautores pro reis aestimandi[18]. Quibus in legibus quum id momenti positum esset, ut poenae corporales atque ius criminale compositionum ac vindictae loco introducerentur[19] nec amplius ea pars iuris, ad quam delicta furti ac vis et cetera atrociora spectant (»hohes gericht«)[20], ab arbitrio iudicum aut civili legislatione proficisci posset[21]: quid est igitur, quod antiqui iuris superfuerit, postquam poenalibus eius edictis derogatum est, ut vix Helvetii[22] postea imperiales leges a iudiciis criminalibus arcerent? Interea parum eo tempore severa lex profuit, ut crimina ac rixae tollerentur. nam quo quisque potentior eo magis securus de arbitrio suo[23], et quanto maior reipublicae motus tanto frequentior optimatum inter se discordia erat. ancipiti Heinrici V fortuna[24] et bellicis regum ad exteros expeditionibus[25], publica praecipue, dum Fridericum II hostes premebant[26], calamitate usi nobiles aut sibi invicem aut duci[27] arma intulere. Attamen imperatorum constitutionibus de publica pace editis[28], quamquam promulgatae non sunt, ut communis Suevorum iuris vim haberent[29], id praecipue, ut generales regulae iuris criminalis[30] et omnino poenarum modi ac genera[31] praescriberentur, effectum est. et ita utique permultae leges, quae posteriori aetate intra fines antiquae Alamanniae aut scriptae aut conditae sunt, ad talem reduci originem possunt.

Postquam iura regis[32] pariter ac principum regni[33] publicis constitutionibus descripta sunt, simul quae ferendarum legum potestas penes regalem curiam esset in omne tempus sanciebatur. qua usi, ne dicam de feudali iure[34], reges familiae Staufensis toties de officiis ac iuribus principum tam laicorum quam ecclesiasticorum[35], de nummis publicis atque mercatorum negotiis[36], de vectigalibus[37], de privilegiis cleri[38] etcet. curialium suorum tamquam iudicum sententias pronunciabant, ut non fundamenta solum doctrina publici iuris, sed respublica Germanorum ipsa novae, quam ab Ottonibus receperat, indolis incrementa maxima caperet[39]. Nam principes terrae quos vocant[40] una cum imperatore »universis se esse in iustitia debitores« professi curiam formare coeperunt, cuius sententiis ius publicum conderetur et controversiae iuris civilis disceptarentur[41]. Earumque legum auctoritas publica quanto minus apta Germanorum ingeniis erat, tanto graviori iuridicae scholae, quae tunc a Bononiensibus initia cepit, momento confirmabatur, quum in volumen Romani iuris, quo quasi magister et typus legum omnium reperiri videbantur, imperatorum Germanicorum edicta inserentur[42] et, quin legis vigorem haberet quod principi placuisset vix dubitaretur[43]. Omnino enim sicut ab Ottonum tempore reipublicae, ita ab illa aetate legibus nostris dominatio Romani iuris imminebat, et iudicibus, penes quos, ut patriae consuetudo servaretur, dandarum legum auctoritas erat, iurisconsulti peregrina schola edocti novas et civilis et canonici iuris doctrinas omnibus redivivo imperatori Romano subiectis agnoscendas attulerunt. Initio tamen resistendi copia non defuit. nam vix ullo alio tempore et intentius et alacrius leges paternas ac ritus peculiares formulasque sollemnes tabulis conscribendi studium, vix maius certum iuris ordinem sibi stabiliendi[44] desiderium erat, quin foedera etiam, ut publicam salutem et propria bona pro uno omnes conservarent, inita communi saltem iudicio sustentabantur, quo coniunctae inter se civitates, aut municipia aut villani eiusdem advocatiae, tam causis appellationum quam controversiis in iure civili disceptandis uti solebant[45]. Praeterea sua quaeque universitas iura iudicando propagabat. iudices velut scabini ex civibus sive »paribus« universitatis, aut ingenuis aut ministerialibus, ad certum tempus electi[46] scultetum in municipiis[47], villicum sive ministrum in locis patrono addictis[48] praesides habebant, qui omnes eodem quo centenarius olim loco constituti erant[49]. Quae vero olim iudicia comitum, criminalia praecipue ac res meri imperii fuerant, ad comitem provincialem[50] eiusque ordinarium territorii iudicem[51], aut ad advocatum imperii vasallum[52] transierunt, eorumque iudices, qui sententiam ferrent, eiusdem cum reo status erant[53]. De republica et causis eorum, qui ipsi intra fines ducatus comitum iura exercebant a potestate ducali derivata, dux Sueviae cum optimatibus et consilia et iudicia dabat[54]. et »vacante imperio« etiam ducem meri imperii iura impertivisse velut

imperatoris in sua provincia vicarium, ac principes alia iura, quae antea regis tantum privilegio adquirerentur, exercuisse rerum ea aetate gestarum monumentis traditur[55].

XV.

Mutata igitur forma iuris publici ac privati, ut nec nationis nec antiquae, qua natio teneretur, legis memoria vigeret, et iam territoriis provinciae seiunctis, ut, quicunque comes erat, idem principalia iura sibi vindicaret, vix magni quidquam aut novi accessit; quum Conradini morte fata finem ducatus Alamannici ponerent. Perturbata quidem omnia videri poterant. nam caput reipublicae deerat, et, quae damna infirmitatem publici status ac calamitates principum sequi solent, ea omnia labente paullatim disciplina emergebant, ut civium animi corrumperentur, et praevalentis populi vires se ipsae conficerent. veram sane aequalium imaginem proposuit auctor ille qui de aetate sua acerbissime scripsit et: »illi qui deberent agrum colere«, inquit, »hodie volunt dominari, nam postquam habent unum par ocrearum et calcarium et equum, ipsi equitare volunt et vocari domicelle Johannes vel Christiane. Verum est de istis civitatensibus, quorum parentes fuerunt pellifices et sutores etc. ipsi autem se habent ut milites: modica differentia est hodie in mundo. Denarius dat sententiam, quia munera iudicum oculos excaecant« [1]. Ut primis Alamannicae reipublicae temporibus Romani, ita exactis novem saeculis principes partum sibi in territorio imperium divisione ceterorum augebant. nam quae quondam eiusdem domini fuerant, ab heredibus aut agnatis aut cognatis in partes divisa, et quae aliena inter se, variis ex causis sub uno domino coniuncta sunt. Nihilominus naturae lege, non vi aut casu novus ille rerum ordo introductus est, nec partes Alamanniae, quae sub unius quidem imperio coniunctae, at per longum tempus diversae inter se fuerant, segregari alio modo poterant. nam Suevia, Alsatia, Helvetia[2], unius nationis domicilia, situ et moribus et rebus gestis suo quaeque fato destinabantur, ut aut regnum restitueretur, aut municipia in rempublicam colligerentur, aut singularum civitatum plena libertas foedera tantum iungendi occasionem praeberet.

Adhuc vero antiquae principum familiae manebant, et ex stirpe illius viri, qui primus optimatibus Francorum, quum maiores domus olim regnum Merowingorum usurpaturi essent, coniunctis populi sui copiis resistere coepit, longa principum series orta est, qui fatali quasi familiae suae ingenio incitati libertatis ac solutae ab alterius imperio potentiae studio incenderentur. Nam a Godofrido illo duce origo gentis, cuius divitiae ac potentia longe lateque in meridionali et occidentali Alamanniae partibus extendebantur[3], incorruptis rerum gestarum monumentis derivatur[4],

Zeringensium scilicet et Lentiensium comitum. Zeringenses a. 1096 ducalia iura assecuti magnam Sueviae et Helvetiae partem regebant. postea diviso patrimonio alii marchiones de Baden[5], alii duces de Tecke[6] territoriala iura exercebant. cetera bona Zeringensium, ultimo duce a. 1218 mortuo, Helvetica, »Burgunden«, comes de Kiburg, et Suevica, »inferius dominium« comes de Uraha, pro uxoribus uterque allodia hereditario iure, ac feuda ab imperatore acceperunt[7]. Lentiensium hereditate inter filios divisa, quum comites Brigantini[8] maiorem Rhaetiae ac Turgoviae partem, bona cis lacum Brigantinum sita comites de Puochhorn gubernanda suscepissent[9], diviso iterum Brigantino comitatu Vitodurani sive Kiburgenses Turgoviam[10], Brigantini Rhaetica[11] sortiti sunt. postea, quum defuissent masculi heredes, inde ab anno 1100, comitatum Kiburgensem agnati comitum de Dillingen[12], Brigantinum agnati palatinorum comitum de Tuwingen[13] habuerunt, Puochhornensis ad Welfos transiit[14]. Itaque Godofridi ducis progeniem potentiae amplitudine nemo Suevorum aequabat, nec Staufensium quidem gens imperialis, dum auctis undique[15] facultatibus florebat, nisi per breve tempus splendore suo superavit. multo ante enim quam duces Baiuvariorum universales Conradini successores fierent, iam exhausta paene ea domus erat[16]. Et si vera opinio eorum est, qui Veringenses comites ac Nellenburgenses ad antiquum illum ducalis generis auctorem referant[17], certo in nova ipsius sobole ab exiguis et obscuris profecta initiis spes patriae tum ut videbatur interitura versari coepit. Nam ubi antiquitus comites illi dominati sunt[18], ibi iam Conradini tempore comites de Grüningen[19] eorumque agnati, ex eadem quondam stirpe oriundi, comites de Wirtenberch, qui ducali »marschalci per totam Sueviam« officio[20] honorati atque patrimonialibus Urahensium comitum bonis[21] locupletati erant, divitiis ac dignitatis potentia pollebant[22]. Inter eos omnes igitur principes, qui finem reipublicae Alamannorum viderunt, gentis suae auctorem Godofridum praedicabant agnatione comites de Wirtenberch et de Grüningen et marchiones de Baden et duces de Tecke, cognatione comites de Kiburg, de Muntifort, de Werdenberg, Friburgenses, Fürstenbergenses. Habspurgensium autem origines ad eundem ducem relatas consecrandi[23] inane studium est. neque enim ultra Guntramnum Alsatiensem (c. a. 980), quem divitem dicebant, ascendunt[24], et in exigua re domestica honorum copia ac civium amore, ut inter Helvetios primi iidemque optimi principes laudarentur[25], primordia eorum nobilitata sunt.

An principi et, si summa rerum Alamannicarum ad regnum reditura esset, cui ceteris praeesse contingeret, haud multo post Conradini mortem intelligi poterat. Municipales magistratus in Alsatia societate iuncta reipublicae speciem formaturos esse, iam prima, quum foedus Rhenanum iniretur[26], occasione data perspectum est. ibi imperialis urbium clientela fun-

damenta potentiae posuerat[27]. Alia conditio Helvetiorum fuit. eorum enim civitates saeculo XIII ubique dediticii ac statuliberi incolebant, quos sensim civilis communio et naturalis situs ita coniunxerunt, ut iura advocatiae praeter reditus et officia rationalia nihil fere continerent, nec qui advocatis subditi erant ulla re ab ingenuis differrent. ibi antiquitatis et memoria et vestigia superstites per atrocia bella pro aris et focis feliciter gesta ad pristinam Alamannorum rempublicam reducebant[28]. Apud Suevos comites de Wirtenberch ac duces Austriae Habspurgenses territorii fines regno constituendo propagabant. principatus ibi imperio ac municipiis superior, nonsine discrimine, victor tamen evasit, et multorum, qui territoriale ius habuerant, praedia ac potestas Wirtenbergicae dominationi successionis et emtionis titulo accesserunt, et advocatia imperialis, qua superioris Sueviae partes coniungebantur, origo Austriaci principatus facta est[29]. Huius rerum status iam praeparati primae dum imperium vacabat firmitudinis fundamenta iacta sunt.

XVI.

Eodemque modo, quo respublica, privati iuris scientia et usus in tribus illis Alamanniae partibus in diversa vergebant. Municipali ac statutaria urbium legislatione Colonia duce Rhenanis partibus communi Alsatia insignis est[1]. Helvetiorum civitates suas quaeque consuetudines pro lege formabant[2]. Suevi iam adeo communi provinciae iuri studebant, ut liber conscriberetur, quo quae vigerent provincialium iudiciorum ac feudalium iura generalia demonstrarentur[3].

Is codex inde a Goldasti aetate Schwabenspiegel dictus[4] Alamannici vel eius potius, quod judices in meridionali Germaniae parte constituti proprium[5] et reipublicae consentaneum agnoscebant, iuris exemplum universale aestimari potest. nam velut imperiale ius[6] ab ipso imperii auctore, quem Karolum Magnum praedicabant, profectum[7] longe lateque iudiciis reddendis[8] et provinciali iuri condendo[9] norma erat. Ad exemplum Saxonici iuris antiqui et genuini, tam civilis quam feudalis in uno volumine coniuncti[10], a duobus ut videtur auctoribus, aut si unus fuit ita saltem digestus est, ut posteriori legum civilium (landrecht) parti altera iam confecta et absoluta adhiberetur[11]. Hoc priori opere Saxonicae legis praecepta[12] multa recepta, complura, prout indoles Suevici ac Baiuvarici iuris et clericorum commoda postulabant, immutata[13], et quae adderentur ex Institutionibus Iustiniani, ex Brachylogo iuris civilis eiusque glossis[14], ex decreto Gratiani ac Gregorii IX decretalibus[15], ex capitulis Heinrici V[16] et Friderici I et Friderici II[17] et Rudolfi I[18] imperatorum ac Heinrici regis[19], ex Friburgensis (Brisigaviae) atque Augustani municipiorum legibus[20], ex bibliis

sacris et Bertholdi monachi sermonibus, ex chronicis »der Kunige buoch« dictis et Petri Comestoris historia scolastica[21] desumta sunt. Is vero, qui alteram libri partem composuit, id potissimum egit, ut locos libri Saxonici, quibus reliquis utendum esse censuisset, excerperet[22] et iuris praecepta iam in priore volumina scripta, ubi ex re esset, brevi repeteret. in fine libri sui magnam legum Alamannicarum partem[23] et constitutiones aliquot ex legibus Baiuvariorum[24] et ex epitoma legis Romanae Wisigothorum, quae Petri Aegidii dicitur[25], et ex Ansegisi libris[26] desumtas proposuit. ceterum iisdem fere fontibus, unde iam alterius partis additiones derivari poterant[27], usus est. Opus integrum intra annos 1276 et 1281, ut puto, ab Augustanis iudicibus confectum[28] id ipsum corpus iuris est, in quo »Albertus Caesar a. 1298 in curia Norimbergensi, ubi fuisse feruntur episcopi 50, duces, comites libere conditionis 300, militum 5 milia congregati[29], terrae Sueviae privatas leges quas vulgo provinciale ius vocant, ad quod infringendum nec ipsum papam posse leges ferre expressis verbis cautum est, non tam de novo tulit quam multis iam saeculis receptas confirmavit«[30]. Hoc libro id imprimis effectum est, ut reconciliatis inter se duobus illis Germaniae, quae a primis temporibus fuerant, partibus Suevorum ac Saxonum, communi omnium Germanorum iuri condendo via aperiretur. nam tum Germani septentrionales et meridionales eadem fere legem civilium fundamenta agnoscere, et universae imperii nostri provinciae communi publici iuris doctrina ac vinculo comprehendi coeperunt, ac licet diversa remaneret indoles legum et natura utriusque nationis, tamen quae coniungi poterant, alii aliis et dabant et concedebant. Praeterea opere illo introducta peregrina[31], et posteris propria et antiqua ipsius populi[32] iura tradita sunt. itaque nec regulae iuris vel doctrinae illa pars ex Romano iure receptae vi sua apud eos, qui alienae legislationi infestiores essent, carere[33], nec memoria antiquitatis iam fabulis decoratae in eorum animis deleri poterat, qui procliviores forent, ut propria alienis miscerent commutarentque[34]. Ea una probri causa erat, quod Romanae ecclesiae in Germanos, eosdemque masculam rusticorum militum prolem, dominatio vera ac iusta agnosceretur. sed aetatis ut ingenio ita labe ac dedecore trahimur omnes, nec Bonifacio papae VIII, qui »omnia regna in manu sua esse habente binos gladios, atque si unus non sufficeret alterum addi« gloriaretur[35], par quisquam vel adversarius erat. Interea municipales magis quam ecclesiastici iudices divulgando isti legum codici operam dabant[36]. quid falsi in eo esset mox perspiciebatur, et inania nisi primo impetu deiecta, impugnata tamen per Germanos tandem perierunt[37], dum quidquid boni inerat, et diversarum nationum iura sub imperatore coniuncta et civitatum leges pro sua cuiusque singularitate defensae[38], occulta publicae salutis incrementa manebant.

Ita quum Alamannorum respublica desiit esse, relicta saltem pristinae communionis memoria est, ac sicut a primordio gentis Alamannicae, ita ea aetate, qua Rudolfi auspiciis Germania restaurari coepit, privata maxime iura[39] id momenti habebant, ut nec adversa fortuna natura vel animi Germanorum frangi nec, quos fata divisissent, ii oblivisci unquam possent unius quondam patriae nationisque, ad quam Germanae humanitatis initia, fundamenta litterarum ac fidei Christianae, linguae Theutiscae ac poëseos nostrae origo atque progressus, Germanae gloriae fastigium, summae fortitudinis et honestae simplicitatis laudes, omnes omnino virtutes pertinent, unde ingenii incorrupta fertilitas et austerae potentiae vires nascuntur.

ADNOTATIO.

I.

1. Nomina Alaman, Alamannus, Altman, Autman saepe ac inter ipsos maiores Rotharis regis Langobardorum inveniuntur, nec tamen clientelae cuiusdam (*man*) sensum prae se ferunt, ut putat Mone Anzeiger 1836, 270. *Altimannia, ab alto situ provinciae vocabulum a modernis confictum* scripsit Walafridus Strabus in prologo Vitae S. Galli (Monum. SS. II, 2. not.). Etymologiam a Lemanno lacu ductam ex Servii commentariis ad Georgica IV. ab Isidoro Origg. IX, 2. §. 94 repetitam proferunt Anonym. Salernit. 88. Hugo Flaviniacensis (Monum. SS. III, 512. VIII, 305). Otto Frising. chron. I, 9. Alemanni, Alemannia, raro Alimannia, saeculo XII dici coepit ac simul ad Germanos omnes extendi. e. gr. a. 1122 Neugart C. D. A. n. 841.
2. Jac. Grimm Gesch. d. D. Spr. I. 498. II, 768. nam *ala* praefixum est, quo sensus alterius syllabae augeatur. Ita in chronicis Der Kunige buoch ed. Mafsmann v. 291 de Suevis canitur: *Die sich dicke des vurnamen daz si guote recken waren wol vertic unde wol wichaft.*
3. Agath. hist. I, 6. *Οἱ Ἀλαμανοὶ, εἴγε χρὴ Ἀσιννίῳ Κουαδράτῳ ἕπεσθαι* (qui vixit c. a. 250.) *ἀνδρὶ τὰ Γερμανικὰ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγεγραμμένῳ, ξυγκλυδές εἰσιν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία.* Zeufs die Deutschen und die nachbarstämme 305. Jam IV saeculo Byzantini imperatores Sueicos milites habebant, qui *foederati* dicebantur. Geijer Gesch. Schwedens I, 37. Ita codex legis Alamannorum Lantfridanae C 1 plurimis locis *Allamanni* scripsit.
4. Joh. Müller Schweizer Geschichte secundum Caes. B. G. IV, 1. *Privati ac separati agri apud Suevos nihil est.*
5. Savigny Gesch. d. R. R. im MA. I, 232.
6. Adelung Aelteste geschichte der Deutschen 334.
7. Procop. Bell. Got. IV, 20. *Οὗτοι ἅπαντες, ὅσοι τὸ παλαιὸν ἀμφὶ Ῥῆνον ἑκατέρωθεν ποταμὸν ᾤκηντο, ἰδίον μέν τινος ὀνόματος ἕκαστοι μετελάγχανον. ὧν δὴ ἔθνος ἓν Γερμανοὶ ὀνομάζονται, ἐπὶ κοινῆς δὲ Γερμανοὶ ἐκαλοῦντο ἅπαντες.* Lamprid. in Alex. Sever. 59. Vopiscus Procul. 13. Probus 14. 15. Istaevonibus adnumerantur in genealogiis gentium, quas profert e codicibus Pertz Monum. SS. VIII, 314. Cf. Schafarik Slavische alterthümer I, 403.
8. Grimm Gesch. d. D. Spr. I, 498. *Im lauf des vierten iahrhunderts pflegt an die stelle des alten Suevennamens die benennung Alamannen einzutreten: neugebildetes wort enthält sie nicht; blos neue anwendung eines schon längst in der sprache vorhandenen ausdrucks.* Cf. supra IV. pag. 6.

9. Gaupp Das alte gesetz der Thüringer 15. 62. Superstes huius originis memoria adhuc VIII et IX saeculo erat, quum *pagus Alamanniae et Alamannorum* sive certos Sueviae fines sive totam provinciam (Stälin Wirtembergische geschichte I, 280) circumscriberet.

II.

1. Aurel. Vict. de Caesar. 21. Spartian. Caracall. 10. Dio Cass. LXXII, 13.
2. Stälin I, 74. 89. 139.
3. l. c. 80. 86.
4. *Iuxta scriptores authenticos pars Alamanniae vel Sueviae inter Alpes Penninas et meridianum littus Danubii sita Raetia dicitur*, secundum Walafridum in prol. Vitae S. Galli l. c. F. H. Müller Die deutschen stämme und ihre fürsten IV, 65. Pars Rhaetiae igitur sexto saeculo Iuthungorum sive Vithungorum sedes fuit, quam *Alamannorum partem Italicis tractibus conterminare* refert Ammian. Marcell. XVII, 6. cuius nominis proprii memoria post gentem ab Aëtio a. 430 debellatam interiit. Grimm Gesch. d. D. Spr. I, 500. Zeuss l. c. 312. Alii Langobardos, alii Gothorum partem, alii patronymico nomine Baiuvarios praecipue ita dictos putant esse. Mone Anzeiger 1835, 392. Schafarik I, 432. Adelung Aelteste gesch. 338.
5. Gregor. Turon. hist. Franc. 1, 30. Acta S. Privati in Act. SS. August. IV, 435. 439.
6. Gallienus Alamannos prope Mediolanum devicit. Eutrop. IX, 6. Zonaras XII, 24. Claudius postea pugna haud procul a lacu Benaco commissa. Aurel. Vict. epit. 34.
7. Vopisci Probus 12—15.
8. Stälin I, 4. 87. Böcking Notitia dignit. P. post. 483. cf. Ammian. Marcell. XV, 11: *Prima Germania, ubi praeter alia municipia Mogontiacus est et Vangiones et Nemetae et Argentoratus.*
9. Eumenii panegyr. Constantio dict. 3. *Porrectis usque ad Danubii caput Germaniae Raetiaeque limitibus.* Cf. eiusd. orat. a. 297 pro restaur. schol. 18. *Barbarus Nicer* apud eundem in panegyr. Constantino dicto 11.
10. Maximiani victorias in Rhaeticis quaesitas, quibus *devastata atque exhausta penitus Alamannia* sit, Constantii I proelia feliciter ad Lingonas atque Vindonissam commissa, Constantini atque Crispi res contra Alamannos Galliam ingressos prospere gestas panegyristae summis laudibus efferunt. Cf. Stälin I, 119.
11. Aurel. Vict. epit. 41. ubi *Chroco* pro *Eroco* lego. Alii scriptores Idacio duce Chrocum Vandalorum regem fuisse dicunt (cf. infra III. not. 21.). nam Vandali atque Alamanni Suevorum nomine comprehendebantur.
12. Ammian. Marcell. XV, 4.
13. Zosim. hist. III, 4. *Ἄμεινον κρίνας (Ἰουλιανὸς) οὐκ ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν βαρβάρων γῇ πολεμητέα εἶναι· τούτῳ δὲ μὴ τὰς πόλεις βαρύνεσθαι καὶ αὖθις τῇ τῶν βαρβάρων ἐπιστασίᾳ.*
14. Ammian. Marcell. XVI, 12. XVII, 1. XVIII, 2.
15. Ammian. Marcell. XXVI, 5.
16. De praecipua victoria Romanorum prope Solicinium (Sumlocenne, Rotenburg) reportata cf. Stälin I, 132—134. 92. 93.
17. Ammian. Marcell. XXVI, 5.
18. Ammian. Marcell. XXVIII, 2. XXX, 7. Symmachi laudes in Valentin. senior. Aug. II, 21. ed. Mai pag. 26.

III.

1. *Alamannorum reges et populi* distinguuntur Ammian. Marcell. XIV, 10. XVIII, 2. *reges omnes et regales et reguli* apud Hortarium regem commorati XVIII, 2. ac

passim regum nomine duces sive centenarii (cf. infra not. 27) vocantur, ut *rex hostilium agminum* XXVII, 2. et *Hortarii regna* XVIII, 2. Romani enim dominationem a principatu gentilium aut obsequio principis discernere nequibant, et centenarum praefectos, (*hunteri*. Grimm RA. 532. 755) ac reges eosdem esse putabant. Barth Teutschlands urgeschichte IV, 245. 251.

2. Ita *pagus Vadomarii* apud Amman. Marcell. XXI, 3. *Alamannorum pagi aliqui* XVIII, 2. XXX, 3. Gregor. Turon. hist. Franc. II, 9.
3. Suevorum (*quorum non una gens, maiorem enim Germaniae partem obtinent*) centum pagi ad centenas referendi sunt proprias ac communes iis Germanis, quorum fines Alamannos quoque complectebantur. Cf. Caes. bell. Gall. I, 37. IV, 1. Tacit. German. cap. 38. 39. Isidor. etymol. IX, 2. §. 98. Grimm Gesch. d. D. Spr. I, 491. II, 586. Centenae sua quaeque fundamenta ex marca familiari ac societate »coaequalium pariumve«, quos heredes (genossen) dicebant, acceperunt, ac vestigia huius rei adhuc saec. XII. exstabant, quum *Rudolfus et Arnolfus comites* (de Lenzburch) *et cives de villa Suites certos fines cellae* (S. Meginradi) *invaserint hereditariam partem ibi semet habere affirmantes eo quod eorum inarvales agri heremo, in qua constructa est, videntur esse allimitantes.* Herrgott Genealog. gent. Habspurg II, n. 195. a. 1114. *Marca* postea pagi pars facta passim in documentis obvenit. Cf. adnotationem quam ad Leg. Hlothar. cap. XLVII, 1 scripsi.
4. Tacit. German. 29. Stälin I, 86. 90.
5. Stälin I, 63.
6. Stälin I, 121. 144.
7. Sidon. Appollin. carm. VII, 324.
8. Ammian. Marcell. XVIII, 2.
9. l. c. XXIX, 4; *Unten am rechten Mainufer vielleicht in der alten Buohunna wohnend.* Stälin I, 123. Grimm Gesch. d. D. Spr. II, 594.
10. Linzgau. Ammian. Marcell. XV, 4. *Lentiensis populus tractibus Rhaetiarum confinis* XXXI, 10. Müller Schweiz. Gesch. I. Kap. 6. ed. 1815. I, 63.
11. Ammian. Marcell. XVIII, 2. XXXVIII, 5. XXXI, 4. XXX, 3. Mattiaci nunc Nassau secundum Grimm Gesch. d. D. Spr. II, 582.
12. Amm. Marc. XVI, 12. XVII, 10. XVIII, 2.
13. Amm. Marc. ll. cc. *Chortar* grex. Grimm Gesch. d. D. Spr. II, 706.
14. Amm. Marc. XIV, 10. XVI, 12. XVIII, 2. XXI, 3. 4. XXVI, 8. XXIX, 1. 4. Suam uterque pro se habuisse provinciam videtur; nam distinguitur *populus Gundomadi* a *plebe Vadomarii* XVI, 12. Vadomarius *potentissimus rex Alamannorum* dictus est in Aurel. Vict. epitom. 22.
15. Amm. Marc. XXVII, 10. Vithicabius idem ac Wittich, Ethico secundum Mone Urgesch. des Badischen landes II, 327. not. 142.
16. Amm. Marc. XVIII, 2.
17. Wester-alp. Amm. Marc. XVI, 12. XVIII, 2.
18. Amm. Marc. XVII, 10. fin. *Reges pro mancipiis agitans* (Julianus) *ignobilibus* l. c. XXV, 16.
19. *La frayeur, que les peuples Germains eurent des Romains fit, qu'ils se réunirent.* Montesquieu Espr. des loix 28, 2.
20. Pariter ac *satrapae* Saxonum, de quibus Beda hist. eccles. V, 10. *Ἄρχων τῶν πολεμίων* Chnodomarius dictus est apud Liban. paneg. Julian. ed. Morell. pag. 238.
21. Gregor. Turon. histor. Franc. I, 30. Valeriani et Gallieni temporibus *Chrocus ille Alamannorum rex commoto exercitu Gallias pervagavit.* Idacius Chrocum Vandalorum regem fuisse dicit, quem Alani et Suevi sequebantur.

22. Gregor. Turon. histor. Franc. II, 9.
23. *Potestate excelsiores ante alios reges.* Ammian. Marcell. XVI, 12. Ubi regnaverint nescitur. *Chnodomarii regis vertici* in pugna Argentoratensi flammeus torulus aptabatur. Utriusque nomine Theutisca verba latent; nam Serapio antea Agenaricus (Einrich) dictus est et Chnodomarius idem ac Cunzo. Mone Urgesch. II, 300. not. 93. pag. 302. not. 95. Agenaricum autem Grimm Gesch. d. D. Spr. II, 757. a Scandin. agn = esca, piscatura, Aganberi venatorem sive piscatorem interpretatur.
24. A. 378 Alamannorum dux contra Gratianum imperatorem *pagorum omnium incolis in unum collectis* factus est. Ammian. Marcell. XXXI, 10. 26. Prosp. chron. ad. a 377.
25. Ammian. Marcell. XXIX, 4. Fraomarius Bucinobantibus a Valentiniano rex datus ne capessere quidem principatum ausus est.
26. Huius rei indicia sunt, quod Vithicabius rex Vadomarium patrem secutus est atque apud Suevos aeque ac Alamannos fratres una regnabant. Caesar B. G. I, 37. Amm. Marcell. XXVII, 10. cf. supra not. 11. 14. Sed eo argumento quoque uti possumus, quod agnatione posteriores Alamannorum duces imperia acceperunt. Stälin I, 158.
27. Singulos Alamannorum duces sub Macriano rege constitutos ad typum octonarii numeri, ac si in unum reipublicae corpus collecti essent, ingenio magis quam compertae rei argumento fretus transtulit Sachsse Histor. grundl. des deutschen staats- und rechtslebens §. 11. not. 39[b]. Duces illi, qui eam insuper solam Alamannorum partem gubernabant, quae Romanis subiecta erat, nisi fallor centenarum praefecti erant, sub belli duce coniuncti. Simili modo nomen regum a. 1397 rediisse fertur, quum Suevi quidam, *die von den Schlegeln* seditione adversus comitem de Wirtemberch mota *capitaneos sibi constituerent quos vocabant reges vulgariter der schlegel Küng.* Mone Anzeiger 1834, 138. Apud Suevos sane reipublicae species fuit. Tacit. German. 39. quamquam »regis nomen invisum apud populares.« Tacit. Ann. II, 44.
28. In pugna ab universis Alamannis, Chnodomario ac Serapione ducibus apud Argentoratum commissa (a. 357) duces illos *sequebantur potestate proximi reges numero quinque* (Vestralpus, Urius, Ursicinus, Suomarius, Hortarius) *regalesque decem et optimatum series magna* (nam *200 comites* Chnodomarii regis capti sunt) *armatorumque millia XXXV.* et regalibus, qui equo vehebantur, peditum *plebem miserabilem* opposuit Ammian. Marcell. XVI, 12. Eadem pugna Aurel. Vict. epitom. 42. *fusi*, inquit, *omnes optimates, captus rex nobilis Chonodomarius.* Vadomarii regis *comites* obveniunt Ammian. Marcell. XXI, 4. ac Hortarii regis *quatuor comites* obsidum numero XVII, 10. Distinguuntur *regales, subreguli, optimates, iudices* l. c. XVII, 27.
29. Regalem e. gr. Ammian. Marcell. XVI, 10. Hormisdam regis Persarum fratrem appellat. Cf. Mone Urgesch. II, 312.
30. Tacit. German. 13. Alamanni Constantio *optimatesi misere* pacem petituros Ammian. Marcell. XIV, 10. Rando ille, qui Valentiniano bellum improvisum apud Moguntiam intulit, *Alamannus regalis* vocatur l. c. XXVII, 10. eundemque Valentinianum *quidam optimates Alamanni obsidum Romanorum patres* supplices accedunt l. c. XXVIII, 2. Alamannorum militum in Britannia constituti a Romanis praefecti Bitheridus et Hortarius *eiusdem nationis primates fuerant.* qui Hortarius *contra rempublicam quaedam ad Macrianum scripsisse barbarosque optimates* convictus supplicio affectus est. l. c. XXIX, 4.
31. Ad ἑταίρους Macedonum, et regis amicorum cohortem legentium animos refero. quam rem optime demonstrat Abel Makedonien vor Philipp 127. Cf. Grimm Gesch. d. D. Spr. I, 131.

32. *Populares* Alamannorum, *quibus honoratioris militiae cura commissa erat*, in exercitu Constantii dicuntur fuisse *Latinus domesticorum comes*, *Agilo tribunus stabuli*, *Scutilo scutariorum rector* Ammian. Marcell. XIV, 10. Ex natione Alamannorum Lentiensium *quidam inter armigeros* Gratiani militabat. l. c. XXXI, 10. Foederis praeterea ac pacis conditionem Alamannis Romannorum militias tanquam auxiliariis militibus inponebant. Amm. Marcell. XVIII, 2. XXIX, 4. XXXI, 10. Cf. Löbell Gregor von Tours 511. Stälin Wirt. gesch. I, 26. 142. Ita Constantius (Amm. Marc. XIV, 10) *Alamannorum reges*, inquit, *et populi formidantes per oratores, quos videtis, summissis cervicibus concessionem praeteritorum poscunt et pacem, quam ut cunctator et cautus utiliumque monitor — tribui debere censeo, multa contemplans: — ut auxiliatores pro adversariis adsciscamus quod pollicentur. postremo id reputantes, quod non ille hostis vincitur solus, qui cadit in acie pondere armorum oppressus et virium, sed multo tutius etiam tuba tacente sub iugum mittitur voluntarius, qui sentit expertus nec fortitudinem in rebelles nec lenitatem in supplices animos deesse.* In L. 12. Arcadii et Honorii C. Theod. VII, 20. *Quisquis igitur laetus Alamannus — legionibus inserendus — castrensibus tirociniis imbuantur.* Hinc mixtas legiones e barbaris et Romanis laeticas denominatas esse (Celtica voce *leth* dimidiam partem significante) defendit Mone Urgesch. d. Bad. landes II, 248.

33. Vopisci Prob. cap. 15. Cf. Mone Urgesch. d. Bad. landes II, 307. 321.

34. Grimm RA. 308. seq.

35. Sub duce Transrhenani limitis. Cf. Trebell. Pollio XXX tyranni cap. 3.

36. Simile aliquid de Suevis apud Caes. bell. Gall. IV, 3. Gregor. Turon. hist. Franc. IV, 43. V, 15. Paul. Diacon. histor. Langob. III, 7. Ita Romanos ac letos eodem wirigildo praeditos demonstrat Lex Salica.

37. *Die Laeti waren Deutsche, die sich freiwillig unter Römische botmäfsigkeit begeben und ländereien (terrae laeticae) zur bebauung erhalten hatten* (mansionarius: *litan* manere coniicit Grimm Gramm. II, 75.) *wofür sie wahrscheinlich zins entrichteten und überdem kriegsdienste zu leisten schuldig waren.* Grimm RA. 307. Zeufs Die Deutschen und die nachbarst. 581. Quod quasi populi (Grimm Gesch. d. D. Spr. II., 775.) nomen, alienae ditioni subiecti, sicut Zosimus II, 54. ac Jordanis de reb. Get. 36. proponunt, iis inditum Germanis est, quicunque proprios fines ac legem (Eumen. paneg. Constantio dict. cap. 20. *Treverorum arva iacentia laetus postliminio restitutus et receptus in leges* — scil. Romanas — *Francus excoluit.*) nec defendere possent, nec requirere vellent. et Germani ipsi transfugis vicini (Grimm Gesch. d. D. Spr. II. 773.) cognominis auctores erant, ac sicut apud eas solas gentes leti nominantur, quarum saltem partis aliquando penes Romanos dominatio fuit (Grimm RA. 305.): ita praecipue Alamannorum, qui trans limitem ad Romanos pertinuerant, magnae parti ipso nomine (Stälin I, 284. *Para* = fines letorum, sive baronum de mino flidis) antiquitatis ac modi eius, quo reipublicae Alamannorum accessissent, memoria manebat. At vocis explicationem ex Galica lingua depromptam affert Leo Malb. glosse I, 42. Hanc quidem refutavit Mone Urgesch. d. Bad. landes II, 250. not. 1. sed allegatis pag. 248 Celticae linguae vocibus *leth* = pars dimidia, et *llêd* = partim, dimidio, unde laeti tam cohortes Romanorum vocarentur (cf. supra not. 32.) quam possessores praediorum minorum (*halbbauern*, *halabing*. Mones Anzeiger 1835, 389.). Apud Anglos hodie exstant verba *lad* et *lafs*.

38. Rhaetia ab Alamannis olim occupata, deinde a Maximiano (Mamertin. genethl. Maximiani cap. 5—16.) Romanis restituta anceps magis defensa quam securo pos-

sessa est. Eo enim vagatos Alamannos Valentinianus victos *ad Italiam misit, ubi fertilibus pagis acceptis tributarii Padum circumcolebant.* Ammian. Marcell. XXVIII, 5.

39. Inter eos Alamannorum ordines, qui statu liberi wirigildi ius haberent, lex Pacti II, 39 etc., de cuius aetate cf. VII. not. 1., enumerat primos Alamannos qui 240 solidis, medios qui 200, barones de mino flidis qui 160 solidis aestimarentur, lex Hlotharii autem in cap. LXIX liberos Alamannos cum wirigildo 160 solidorum, ac medios cum wirigildo 200 solidorum. Praeterea lex Pacti II, 48. libertos sive letos »in heris generationis ut in ecclesia« manumissos dimidio letorum pretio, lex Hlotharii cap. XVII. libertos in ecclesia manumissos medio liberorum pretio aestimandos esse censuit. Tot tantasque iuris ambiguitates equidem solvere non poteram, nisi in commentariis ad Pact. II, 39. scriptis duplex solidorum genus proposuissem, alterum solidos duorum (siglo solid.$_2$) alterum trium tremissium (siglo solid.$_3$), illos antiquos proculdubio omnium Germanorum nummos, hos Francorum novos a Gallia olim Romana ad ceteras gentes translatos. Quare Pacti 240 solidi$_2$ respondent Hlotharianae legis 160 solidis$_2$, et primi Alamanni iidem sunt atque statuliberi. Franci, medii dici poterant, quia revera medio inter primos ac tertios pretio 200 solidis$_2$ componebantur. barones de mino flidis et letos, qui uterque in Pacto ex besse compositionis primis Alamannis adsignatae aestimantur, nulla re differre ac eiusdem plane ordinis, statuliberos non libertos, fuisse contendo. Haec si vera sunt, remotissimam Alamannicae reipublicae antiquitatem ac formas eius varia fortuna mutatas intuemur. Fuisse tempus divinamus, quo praeter servos duo ordines populi floruerint, ingenui, qui hominum memoria *amala* sive statuliberi per omne familiae genus fuerant, ac libertini, quorum gens aliquando servitutis macula notata erat. evenisse circa a. 380, ut leti a Romana ditione ad rempublicam Alamannorum redirent, diminuto, licet statuliberi antea fuerint, capite medii inter *primos* sive antiquos ingenuos et libertinos. deinde Francos c. a. 536 imperio id assecutos esse, ut ipsi wirigildum lege sua introductum tamquam *medii* inter Alamannos haberent, et libertinorum ordo ad servilem statum redigeretur, qualis litorum Franciae fuerit, pleni wirigildi expers. tum aucta Francorum potentia c. a. 600 ius civile letorum sive baronum de mino flidis penitus deletum, wirigildum passim ad normam solidorum$_2$ numeratum, Francos antea medios primo loco habitos, barones de mino flidis aeque ac libertinos ex more Francico pro litis, et eiusdem iuris cum iis, qui Christiano ritu in ecclesia manumitterentur, medio statuliberorum pretio aestimatos esse. Primae illius periodi aperta documenta non extant, secundae ac tertiae argumentum lege Pacti suppeditatur, quartae lege Hlotharii II. regis.

40. Tacit. Germ. 25. *Libertini non multum supra servos,* attamen *libertatis argumentum sunt.* Cf. not. 39.

41. Loci ex Ammiano etc. allegati ubique ad hos duos ordines civium, optimates sive *primates* ac *plebem miserabilem* alludunt. nam regalium, regulorum etc. nomina aut bellicae dignitatis aut magistratus cuiusdam argumenta videntur esse.

42. Cf. not. 39. et infra VIII.

IV.

1. Stilicho obsides et auxilia ab Alamannis accepisse a. 395. iisque *iura dedisse* fertur. Claudiani laudes Stilich. I, 211. 222. 237. 253. Postea, a. 406, Suevi Vandalis et Alanis iuncti Galliam depopulantur. Gregor. Turon. histor. Franc. II, 9. quos a. 408 Stilichone mortuo Alamanni et Burgundiones secuti sunt.

2. Geograph. Ravenh. IV, 26. Hieronymi epist. a. 409. ad Gerontium, ad Ageruchiam

(123) ed. Vallars. 913. Ita Alamannorum facti sunt fines Alsatiae, quos Iul. Caesar Romanae ditioni subiecerat. cf. Liban. de nece Iulian. ed. Morelli 273.

3. Fredegar. liber generat. II, 46. Ab Alamannis eos flumen Araris dividebat. Gregor. Turon. hist. Franc. I, 32.
4. Stälin I, 144.
5. Caes. bell. Gall. I, 37. 54. IV, 1. Eutrop. brev. hist. Rom. VII, 7.
6. Tacit. German. 38 etc. De nomine Suaborum sive Slavorum tamquam libertorum (letorum?) cf. Grimm Gesch. d. D. Spr. I, 321. Accedit quod privilegium illud in prima acie pugnandi, Suevorum proprium ut dicunt (infra X. not. 28.), Fredegarius V, 48. »Sclavis cognomento Winidus« tribuit. nam *Winidi befulci* (al. *prefulci, bifulci*) *Chunis fuerant iam ab antiquo, ut cum Chuni in exercitu contra gentem quamlibet adgrediebant, Chuni pro castra adunatum illorum exercitum stabant* (ita lectio vetustissimi codicis a Bethmanno mecum communicata). Et hoc quoque laudari potest, quod a cultu Martis Suevi *Ciuuari* dicti sunt. Grimm Mythol. 180. Gesch. d. D. Spr. I, 508. II, 613. Slavi enim *matrem deum*, sicut Aesti, *quibus ritus habitusque Suevorum* (Tacit. German 45.) *Ziwa* appellabant. Schafarik Slav. alterth. I, 457.
7. Cf. I, not. 8. Maroboduum a Tiberio victum Suevorum regem laudat Aurel. Vict. epit. 2.
8. Rhaetiam invasisse Suevi feruntur ab Ammian. Marcell. XVI, 10. Suevos Alamannis vicinos in Galliam a. 400 irrupisse narrat Oros. VII, 40.
9. Iordanis de reb. Get. 55. Grimm Gesch. d. D. Spr. I, 494.
10. Hoc contendit Grimm Gesch. d. D. Spr. I, 498. illud Eckhardt comment. de reb. Franc. orient. I, 21. 31.
11. Iordan. l. c., quem locum interpretatus est Zeuſs l. c. 324.
12. *Alemanni — Alpes erectas* (al. *Rhaeticas*) *omnino regentes, unde nonnulla fluenta Danubio influunt.* Iordan. l. c. Nam Rhaetia ab Alamannis penitus subacta est Maioriani imperatoris temporibus, intra annos 457 et 461. cf. III, not. 38.
13. Sabaucus, Gebaudus, Gibuldus tam Suevorum quam Alamannorum rex lautatur in Vita S. Severin. 19. Vita S. Lupi († 479) apud Act. SS. Iulius VII, 70. 81.
14. Sidon. Apoll. Carm. VII, 324.
15. Iordan. l. c.
16. Iordan. de reb. Get. 53. 54. Zeuſs l. c. 321. Haec proculdubio Suaborum provinciae (*οὐχ οἱ Φράγγων κατήκοοι, ἀλλὰ παρὰ τούτους ἕτεροι*) et nominis origo est, cuius ut Pannoniae et Dalmatiae partis mentio fit apud Cassiodor. Var. IV, 49. IX, 8. Procop. de bell. Got. I, 15. Ac tali fortasse progenie ortus Droctulfus Suevus est, quem captivum Langobardi in Italiam ex Pannonia abductum ducem creaverunt. Paul. Diacon. histor. Langob. III, 18. 19.
17. Exempla attulit Zeuſs 316. et Stälin I, 148. 223. Hiltegardis, Karoli M. uxor, quamquam a Godofridi Alamannorum ducis stirpe oriunda, tamen *de gente Suavorum* in Einhardi Vita Karoli M. cap. 18., et *nobilissimi generis Suavorum puella* apud Thegan. V. Ludov. P. cap. 1. (Monum. SS. II, 453. 590.) itemque S. Wiborada *ex Alamannorum, qui et Suevi, stirpe* nata, aliique multi *de Alamannorum gente procreati*, ac *Welefo natu Suevus* dicuntur fuisse. Vita S. Wiboradae cap. 1. Mirac. S. Marci cap. 2. Vita Heriberti cap. 1. Eckehardi chron. ad ann. 1071. (Monum. SS. II, 450. 452. 741. VI, 200.)
18. *Hactenus dehiscentibus domiciliis* Ennodius in panegyr. Theodor. scripsit, Manso Gesch. des Ostgoth. reichs 478. Oppida urbesve certe, nisi a Romanis condita, intra Alamannorum fines non inveniuntur. »ne patiebantur quidem Germani inter se iunctas sedes. Tacit. German. 16.

V.

1. Gregor. Turon. hist. Franc. II, 19. Pro verbo *Italiae* Valesius *Galliae* proposuit.
2. Gregor. Turon. hist. Franc. II, 30. 37. Gesta Franc. 14. Vita S. Vedasti in Act. SS. Febr. I, 795: *Contigit Francorum regem Clodoveum Alemannis bellum inferre, qui tunc temporis regno suo per se potiti sunt.* Alamanni itaque septentrionem versus profecti Francis nec praesidio nec exercitu, ut putabant, satis defensis bellum videntur intulisse. ita Sigobertus quoque, qui Coloniae Francos regebat, Chlodowechi socius factus est.
3. Dubitatur de loco: cf. Stälin I, 148. not. 5. Grandidier hist. eccles. de Strasbourg I, 154. *Circa ripas Rheni fluminis*, quod est apud auctorem Vitae S. Vedasti l. c., rem in diversum trahere non videtur.
4. Vita S. Vedasti l. c.
5. Cassiodor. Var. II, 41. ex a. 496. Anon. Vales. in Amm. Marcell. vol. II. edit. Bipont. pag. 311. de Theoderico scribit: *Sic enim oblectavit vicinas gentes, ut se illi sub foedus darent sibi eum regem sperantes.*
6. Eichhorn St. u. R. G. I, §. 22. not. f. Pagorum Franciae Alamannicorum pars ad Wirziburgensem episcopatum spectans enumeratur in documentis Arnulfi regis a. 889, Heinrici a. 923, Ottonis a. 993. Monum. Boic. XXVIII[a], n. 71. 112. 170. Confinia autem a Romano limite parum discrepare adnotavit Stälin I, 222. not. 5.
7. Iam Iuliani temporibus Alamanni ad Ligerim flumen usque victores pervenerant. ab iisque postea, ut adverso Italica, ita secundo Marte fere semper Gallica bella gerebantur. Cf. supra IV, not. 2.
8. Stälin I, 150. 151. v. Lang Baierns gaue 67. 83. Eichhorn I, 138. Hos fines, quos Austri regnum postea complectebatur (meridiem versus usque ad Trecassinam urbem. Zeuss l. c. 321.), Fredegarius, qui quum scribebat in Burgundiae quodam loco trans Ligerim sito (Aquitania) videtur fuisse, ita descripsit: *Quod citra Ligerem vel in Provinciae partibus situm erat.*
9. Fredegar. histor. epit. 21. Gesta Francor. 15. Vita S. Vedasti l. c. Theodericus Chlodowecho scribit: *Sufficiat innumerabilem nationem partim ferro partim servitio subiugatam.* Cassiodor. Var. II, 41. Per longum tempus Francis *de partibus orientalium Franchorum vel de Sclavis ad fiscum dominicum annuatim tributum persolvi debuit, quod secundum linguam eorum steora vel ostarstuopha vocatur* secundum documenta a. 889. 923. 993. Monum. Boica XXVIII[a], n. 71. 112. 170.
10. Fredegar. hist. epit. 21 secundum lectionem codicis saec. VII. scripti a Bethmanno meo mecum communicatam: *Alamanni terga vertentes in fuga lapsi sunt. Cumque regem suum cernerent interemptum novem annis exoli a sedibus eorum nec ullam potuerunt gentem conperire, qui ei contra Francos auxiliaret, tandem se dicionem Chlodoviae subdunt.* Gregorius Turonensis in hist. Franc. II, 30. de his tantum Alamannis scripsit, qui illico post stragem Francorum imperio subacti sunt, Fredegarius ceteros laudat, qui post varios fortunae casus ultro Francorum ditioni sese obtulerunt, et horum conditio melior videtur fuisse quam illorum. Cf. infra VIII. not. 11.
11. Procop. Bell. Goth. I, 12. *Σουάβοι τε ὑπὲρ Θορίγγων καὶ Ἀλαμανοὶ, ἰσχυρὰ ἔθνη, οὗτοι αὐτόνομοι ἅπαντες.* Num Theodericus Alamannos sibi subditos propriis legibus uti vetuerit, discernere nequeo, nam Agathiae hist. I, 6. verba haec sunt: *Τούτους ἐς φόρου ἀπαγωγὴν παραστησάμενος κατήκοον εἶχε τὸ φῦλον.* In Rhaeticis certo Romana iura vigebant (cf. VIII. not. 2.), tamen, si litterae Theoderici *universis provinciali-*

bus et capillatis Suavia consistensibus datae (Cassiodori Variar. IV, 49.) ad Alamannos trahi possunt, antiqui ordines, mino flidis et primi Alamanni, ac multo magis leges propriae sub rege Ostrogothorum videntur mansisse.

12. Contrariam non ignoro eorum sententiam, qui anno demum 536 eos Alamannos, qui suo nomine ac iure postea soli gentis historias condiderint, Merowingorum regno accessisse contendant. Stälin I, 170. mihi quidem quod memoriae scriptis traditum est ab opinione illa videtur discrepare. Cassiodor. Var. II, 41. Müller Schweiz. Gesch. I. Kap. VII. ed. 1815. I, 83. Zellweger in Schweizer Geschichtsforscher V, 142. cf. infra VIII. not. 11.

VI.

1. De Varnis sive Ribuariis dicit Procopius de bello Goth. IV, 20.: *Τὰ μὲν ἄλλα Φράγγων κατήκοοι ὄντες, φόρου μέντοι ἀπαγωγὴν οὐδεπώποτε παρασχόμενοι.*
2. Ita postea Fredegar. chron. 47 Alsatiam et Lotharingiam descripsit, quas Alamanni ineunte quinto saeculo occupaverant. Cf. IV. not. 2.
3. Nam a. 531 altera Thuringiae pars, quam Subthuringam vocant, Theoderico subiecta, altera, Unstrut flumine divisa, Saxonibus concessa est. Gregor. Turon. hist. Franc. III, 7.8. Gesta Franc. cap. 22. Procop. de bell. Goth. I, 13. Eichhorn St. u. R. G. I, 142. Finitimae igitur Thuringis eae Alamannorum provinciae erant, quas orientali Franciae Chlodowechus coniunxerat, olim Macriani regna. Cf. Eichhorn l. c. 130. not. *v.*
4. Ex Agathiae (histor. 1, 4. 6.) et Procopii (de bell. Goth. 1, 13.) auctoritatibus rem bene disposuit Stälin I, 151.
5. Cf. V, not. 8.
6. Fredegar. chron. 53.
7. Agath. histor. I, 7. *Νόμιμα αὐτοῖς εἶσιν μέν που καὶ πάτρια, τὸ δέ γε ἐν κοινῷ ἐπικρατοῦν τε καὶ ἄρχον τῇ Φραγγικῇ ἕπονται πολιτείᾳ.*
8. Agath. histor. I, 6. In chron. Marii ad a. 548. 555. 568 *Lanthacarius et Buccelinus duces Francorum* nominantur.
9. Agath. histor. I, 5. 6. Non universa Gothorum gens, sed soli qui iuxta Padum fluvium degebant, Alamannica proculdubio colonia, (cf. III. not. 38.) Theodebaldo, qui Austrasiorum Alamannorum rex erat, legatos miserant auxilia petituros, quae ferret *ὡς οὐδέν τι ὀθνεῖον μαστεύσων, ἀλλὰ κτήματα τῶν προγόνων ἀνακομιούμενος.* Leutharis et Butilinus societatem inierunt, *εἰ καὶ τὸν βασιλέα σφῶν ἥκιστα ἤρεσκεν.*
10. Agath. histor. II, 1. 4.
11. Agath. histor. II, 2—9. Gregor. Turon. IV, 9. Paul. Diacon. hist. Langob. II, 2.
12. Fredegar. chron. 8. Idemne dux fuerit atque Uncelenus, qui a. 607 Protadium Burgundiae patricium occidit (Fredegar. 27.) nomine solo discerni nequit.
13. Ita Stälin I, 173.
14. Gregor. Turon. IV, 50. Paul. Diacon. histor. Langob. III, 22. Fredeg. 68. 87.
15. Gregor. Turon. IV, 43. V, 15. Paul. Diacon. histor. Langob. II, 6. III, 7.
16. Fredegar. 16. 37. Eichhorn 1, 422. F. H. Müller Die Deutschen stämme etc. II, 233. IV, 146. Equidem hos quatuor pagos Alsatiensis provinciae fuisse puto. Cf. Schöpflin Alsat. illustr. I, 640.
17. Fredegar. 37. 38.
18. Fredegar. 47. *Chlotarius Dagobertum filium suum consortem regni facit eumque super Austrasios regem instituit, retinens sibi quod Ardenna et Vosagus versus Neuster et Burgundiam excludebant.* h. e. quidquid Ardenna et Vosago montibus occidentem ac meridiem versus, antea Austri regno coniunctum, terminatur.

19. Fredegar. cap. 53. *Clotarius — reddens ei* (Dagoberto scil.) *solidatum quod aspexerat ad regnum Austrasiorum, hoc tantum exinde, quod citra Ligerem vel in Provinciae partibus situm erat, sibi retinuit.* Hoc Burgundiae cessit. illud postea Chariberti regno Aquitanico addebatur.
20. Strobel Gesch. des Elsasses I, 114. Cf. infra IX. not. 27.

VII.

1. Tria illius Pacti fragmenta ex codice S. Launomari, Blesensi secundum Sirmondum, Corbionensi secundum Baluzium, nunc Parisiensi Suppl. Lat. 215. quem siglo A distinxi, desumta a capite legis Alamannorum inter Monumenta Germaniae historica Tom. Legum III. proposui. Pactum eo tempore conditum est, quo duo adhuc Alamannorum ordines statu liberorum, primi ac barones de mino flidis sive leti, exstabant, ac Franci iam civilia inter illos duos iura tamquam *medii Alamanni* (cf. VIII.) consecuti erant. et quum »Pactus« diceretur, sicut antiqua Salicae legis recensio, universi populi auctoritate ac iudicio edita videtur esse. Inscriptio primi fragmenti in codice illo servata nil dicit nisi: *Incipit pactus lex Alamannorum.* attamen tria fragmenta unius legislationis partes ac pro vetustissimo Alamannici iuris monumento aestimentur necesse est, id quod Prolegomenis ad legem Alamannorum scriptis in §§. 3 seqq. demonstravi. Auctor prooemii, quod ad leges Alamannorum, Ribuariorum, Baiuvariorum pertinere plerique credunt, »Theodericum Francorum regem, cum esset Catalaunis, elegisse viros sapientes refert, qui in regno legibus antiquis eruditi, ipso dictante conscriberent legem Francorum, Alamannorum et Baiuvariorum, unicuique genti secundum consuetudinem.« Quamvis dubia huius libelli fides sit, ut in Prolegomenis supra citatis §. 2. docui: nihilominus Pactus Alamannorum ad eam aetatem, quae Theodebaldi ac primi Hlotharii regnis circumscribitur, intra annos 546 et 561 referri potest. Heineccius in Historia iuris Rom. et German. II. §. 23. dubitationes a Nic. Gundling Gundlingiana III, diss. 2. §. 16. motas, utrum universae Alamannorum genti, an parti tantum antiqua lex lata sit, iusta ut opinor ratione ita discernit, ut eam vetustae Alamanniae partem, quae Theutonicae Franciae nomine comprehensa ius dediticium »sub iugo tributi« haberet, propriae legis beneficii expertem fuisse contendat. nec unquam enim in illa provincia lex Alamannorum, imo victorum Francorum Ribuaria pro nationali iure vigebat.
2. Cf. supra VI, not. 7. allegatum ex Agath. histor. I, 7 locum.
3. Arnob. advers. Gent. (circa a. 300) lib. I. in Bibl. max. PP. III, 433.
4. Agath. († circa a. 580) histor. I, 2. 7.: *Ἀλλὰ γὰρ ἡ τῶν Φράγγων αὐτοὺς* (*Ἀλαμανούς* scil.) *ἐπιμιξία εὖ ποιοῦσα καὶ ἐς τόδε* (scil. *τὸ ἐς θεὸν δοκεῖν*) *μεταικοσμεῖ, καὶ ἤδη ἐφέλκεται τοὺς εὐφρονεστέρους.* Quae S. Fridolinus Chlodowechi regis aetate egerit in Vita eius narrantur Act. SS. Mart. I, 433. De episcopatu Vindonissensi, Alamannis et Burgundionibus communi, inde ab anno 517 certa rerum gestarum monumenta exstant. Stälin I, 164. 186. Presbiterorum wirigildo in Leg. Hloth. cap. XIII. ex norma wirigildi Franci ingenui (= 3 × 200 solid.,) constituto, per quos potissimum homines Christianae fidei doctrina apud Alamannos pervulgata sit satis videtur declarari. Ita adversa Alamannorum in pugna Tulbiacensi fortuna non victoribus solum, sed etiam victis Christianae fidei beneficia attulit.
5. Agath. hist. I, 7. II, 1: *Τὸ δὲ Ἀλαμανικὸν γένος* (Leuthari ac Butilino in Italia ducibus) — *ἕτερα γὰρ ἐκείνοις ἐς τοῦτο δοκεῖ* (quam Francis, orthodoxis Christianis) — *ἐδῄουν τοὺς νεὼς ἀφειδῶς καὶ ἀπηγλάϊζον.*
6. Gregorii M. (circa a. 600) epist. VII, 5. X, 29. Canones Mettensis concilii a. 625 *idololatros vel immolantes* a Christianis cis Rhenum incolentibus distinguunt. Ac

nota sunt quae de SS. Columbano ac Gallo (circa a. 613) referantur in Jonae Vita S. Columbani 53. ed. Mabillon Acta Benedict. saec. II. et in Vita S. Galli atque in libro Casuum S. Galli Monum. SS. II, 7. 61. Octavo adhuc saeculo S. Pirminius ac Gregorius III. papa idololatriam Alamannorum reprehendere coacti sunt. Mabillon Analecta ed. in fol. IV, 69. Neugart Episcop. Constant. 73. Bonifacii epist. ed. Würdtwein 97. Cf. Leg. Alam. Hloth. cap. II, 3. XL—XLII. Cap. Carlom. a. 742 cap. 5, Cap. Liftin. a. 743 cap. 7. Monum. Legg. I, 17. 18.

7. Neugart Episcop. Constant. pag. CXLV. Stälin I, 186. seq. Fines episcopii Constantiensis, si fidem documento Friderici I imperatoris a. 1155 apud Dümge Regesta Bad. 139. habemus, a Dagoberto rege circumscripti sunt. Ad S. Bonifacii aetatem usque ut Vindonissensis ita Constantiensis episcopus suffraganus metropolitani Vesontionensis. erat inde ab ea Moguntini. Neugart l. c. 78. Episcopi itaque Vindonissenses, Bubulcus Epaonensi Burgundiae a. 517 (Neugart Episc. Constant. 5.), Grammatius Arvernensi Franciae a. 535, Aurelianensi IV a. 541 et V a. 549 conciliis interfuere. Canones Matisconenses a. 585 in dioecesi Constantiensi promulgatos vigorem iuris habuisse demonstrat Neugart l. c. pag. 19. nec tamen episcopi Constantienses ipsi synodis interfuerunt, quae extra regnum Austrasium habitae sunt Neugart l. c. pag. 23. nec S. Bonifacii aetate synodis Caroli ac Francorum auctoritate convocatis. Neugart l. c. 75.

8. Stälin I, 187. not. *Augustudunensem praesulem* Ildef. ab Arx Augustanum episcopum interpretatur in Vita S. Galli. Monum. SS. II, 13. not. 22.

9. Vita S. Galli in Monum. SS. II, 13.

10. *In villa nuncupata Iburninga*, Ueberlingen in pago Lentiensium, Monum. SS. II, 10. Ratpert. Cas. S. Galli 1. Monum. SS. II, 61. Vita S. Magnoaldi cap. 9. apud Canis. Lect. antiq. Tom. 1. Cf. Stälin I, 176. Allegatur *castellum Guntionis* in Ann. S. Emerammi ad a. 802. Monum. SS. I, 93. Ceterum de hoc duce multa ac falsa narrantur. Schöpflin Als. illustr. I, 748. Idemne fuerit atque ille *rex Alamannorum*, cui Foroiuliensis ducis filia Slavorum captiva nupsit (Paul. Diacon. histor. Langob. IV, 37.), an res ad Suevorum ducem quendam Slavis vicinum (supra IV. not. 16.) trahenda, incertum est.

11. Hlotharii II lex regia ex consuetudine et scripto iure, scilicet Pacto, Romana Wisigothorum lege, canonibus ecclesiae Christianae formata LXXV capitibus, qualia inter Monumenta Germaniae historica Tom. Legg. III. sub Num. II. edidi, constat et quatuor librorum msscr. fide

A. codicis Parisiensis Suppl. Lat. 215, supra VII not. 1. allegati.

B1. codicis Augiae divitis (?) nunc Guelferbitani inter Helmstadienses 513. saec. VIII.

B2. codicis in Gallia Narbonensi scripti, nunc Parisiensis regii 4404. saec. IX.

B3. codicis Seeconiensis sive Glaronensis nunc Sangallensis 729. saec. IX.

recenseri potest. A capite libri prooemium scriptum in vetustissimo codice B. 1. ita conceptum est: *In nomine Domini incipit lex gentis Alamannorum instituta temporibus Hlotharii ortodoxi regis una cum Christianissimis suis 33 episcopis et 33 duces et 72 comites et cetero populo.* Cetera in Prolegomenis Legis Alamannorum §. 4. 6.

12. De fontibus legis Alamannorum secundo libello ad illustrandam legem Alamannorum scripto tractabo.

VIII.

1. Cf. supra III. not. 39.

2. Vita S. Galli. Monum. SS. II, 19. lin. 12. Cf. not. ad Leg. Hlothar. cap. XXVIII.

Hegel Gesch. der städteverf. von Italien 1, 232. *Ruperti ducis militum regis Hludowici* (Chlodowechi III.), qui Lucernense monasterium fundasse dicitur, circa a. 695 (nisi carta ipsa falsa est) et *Cozperti praesidis*, qui pagi Nibalgaviensis comes videtur fuisse, a. 766 mentio fit in docum. apud Neugart Cod. diplom. Alam. n. 5. 45. Praesides Rhaetiae Curiensis a Romanorum et Ostrogothorum temporibus ad Karoli M. aetatem usque manebant. Stälin I, 87. Cassiodor Var. I, 4. VII, 4. Eichhorn Episcop. Curiens. in Rhaet. app. n. 2. Tschudi Hauptschlüssel etc. sive Gallia comata pag. 299. Cf. infra X. not. 20. et append. I.

3. Leutharis et Butilinus, quamquam Agath. histor. I, 6. refert *δύναμιν παρὰ Φράγγοις μεγίστην εἰχέτην, ὡς καὶ τοῦ σφετέρου ἔθνους ἡγεῖσθαι Θευδιβέρτου πρότερον παραχόντος*: belli tamen sola occasione duces constituti videntur esse, praesertim quum Alamannos Francorum regibus obnoxios fuisse nulla re magis quam militari eluceret et auxilia ferendi officio. et ipse ducis Alamannorum titulus *Vir illuster* (Neugart C. D. Alam. a. 708. n. 6.) a Francis originem duxit.
4. Nisi supposita verba *in ecclesia* sunt ex Pacti frgm. II, 48. allegata supra III. not. 39.
5. Et hac re ipsa probari potest, personarum iura agnoscendi doctrinam medii aevi temporibus a Francis ad ceteras Germanorum gentes divulgatam esse. Nam quid aliud cogitari potest quam voluisse Francos subditis Alamannis eandem, quam ipsi observarent, legem ferre? Cf. Leg. Hlothar. cap. LXIV et supra III. not. 39.
6. Ad anteriorem aetatem rem refert Stälin I, 170. seq. Laudantur *Coloni regis* in L. Hlothar. cap. XXIII. *Homines fiscalis* in docum. monast. Gregor. Alsat. a. 769 apud Schöpflin Als. Diplom. I, n. 39. pag. 42. In pago Barae, ubi permulta Imperii bona sita erant, nominantur imperiales *Gilstriones* apud Neugart C. D. A. n. 364. a. 856, et *Kilstriones monasterii* Dümge Reg. Bad. pag. 71. n. 6. a. 857. Inde liti iidem poterant dici, qui fiscalini. Cf. supra III. not. 37. 39. infra XII. not. 29.
7. Cunzoni duci proprii nummi (Cunzenpfenning) attribuuntur. Chronic. Constant. apud Pistor. SS. R. Germ. III, 702. at res suspecta est.
8. Cf. Cunzonis iudicium de S. Gallo actum a. 613. in Vita S. Galli in Monum. SS. II, 8. L. Alam. Hlothar. cap. XLIII. XLIV.
9. L. Hlothar. cap. XXXV.
10. Talto e. g. comes pagi Arbonensis c. a. 613 *Tagoberti regis camararius* dicitur fuisse. Ratperti Cas. S. Galli 1. 2. Monum. SS. II, 62. Grimm RA. 753. Comites post Karoli demum ac Pippini victorias, a. 742 etc., Alamannis ordinatos esse, Ussermanni videtur opinio fuisse. cf. Monum. SS. I, 57—60.
11. Equidem non tam, ubi pagi centenarum nomine vocantur (*centena Krecgow* a. 819. apud Memminger Wirtemb. iahrbücher 1826. pag. 333. *centena Eritgaowa*, *Eriggewe* sive *Erichgowe* a. 839. 886. 990. apud Dümge Reg. Bad. pag. 69. n. 4. pag. 77. n. 12. pag. 93. n. 32.), quam ea documenta distinguo, quibus centenas *(Huntari)* in comitatum ac pagos transiisse ostendatur. Ita legimus: *Pagus Hattenhuntari* a. 789 apud Neugart C. D. Alam. n. 107. et *pagus Hattinhunta et Suligewwa in comitatibus Peringarii et Eparhardi* a. 888 l. c. n. 581. *Pagus Munigisingeshuntare in comitatu Arnolfi* a. 904 l. c. n. 648. *Marca*, a. 792, *pagus*, a. 889, *comitatus*, a. 961, *Munterishuntere* l. c. n. 118. 585. 745, et *Pagus Mundricheshundere in comitatu Hartmanni* a. 980 l. c. n. 775. *Comitatus Chazonis comitis in pagello Swercenhuntare* a. 854 et *Comitatus Godefridi in pago Suerzza* a. 966 l. c. n. 356. 758. *Comitatus Udalrici comitis in pagello*, a. 854, et *Marquardi comitis in pago Goldineshuntare* a. 993 l. c. n. 356. 788. *Pagus Glehuntra et comitatus Hugonis comitis*, a. 1007, Monum Boic. XXVIII[a], n. 241. Hae centenarum reliquiae omnes ad Sueviam spectant. neque in Transrhenanis

Alamanniae, neque in Alamannicis aut Franciae orientalis aut Burgundiae partibus, neque in Helvetia (praeter centenam *Waldrhamnishuntari* Arbonensem in Rhaetia tribunatum complexam. cf. Leg. Hlothar. cap. XXVIII. not. 2.) vestigia eius rei inveniri possunt. Hac re inductus sum, ut eorum Alamannorum, qui »sub iugo tributi« Francorum antea imperio subiecti essent, conditionem longe aliam fuisse crederem quam eius partis, quae licet regni Francorum, adeo tamen sui iuris mansisset, ut centenarum apud eos memoria in longum tempus conservaretur. Cf. V. not. 10. Ostrogothis itaque hos Suevos quondam subditos fuisse, falsa opinio est Stälinii I, 150. cf. F. H. Müller Histor. geogr. darstell. von Deutschl. im MA. I, 145.

12. Rursus similitudinem rei apud Macedones institutae agnosco, ut vasalli regis opprimerent antiquos *ἑταίρους*: *die bildung eines hofadels um die macht der Hetaeren*, des kriegsadels, *zu brechen*, ut dicit Abel Makedonien vor Philipp 133. Cf. supra not. 10. Waitz Verf. gesch. II, 152 not. 3. 204 not. 2. 221.
13. Animadvertendi in clientes ecclesiasticos certe fuit. Leg. Hlothar. cap. XXIII. Summa banni iudicialis XII solidorum, ut duci ita episcopo proposita, utrumque eodem fastigio collocatum esse docet. De triplo leude cf. Guérard Irminon I. §. 262.
14. L. Hlothar. cap. XXXVI, 2. XLI. XLII. Attamen pauca huius officii exempla afferuntur documentis saec. VIII. Neugart C. D. A. n. 97. 113. 119. 134. nam a Karolo M. scabini introducti videntur esse. Neugart l. c. n. 747. 749. Form. Goldast. n. 92. 95.
15. Leg. Hlothar. cap. XXVI. XXVII. Waitz Verf. gesch. II, 472 seqq.

IX.

1. Dagoberto proculdubio auctore continuata lex Alamannorum est, quem secundum legum librum capp. LXXVI—XCVII vocavi editum sub Num. III. inter Monumenta Germaniae historica Legg. Tom. III. Epilogus supra laudati codicis A ius conditum refert: *Ubi fuerunt 33 duces et 33 episcopi et 45 comites.* ac tota illa legislatio aut maior saltem pars eius ex Pacto repetita est, cuius adhuc iuxta Hlotharii leges usus videtur fuisse. Disserui de continuatione ista, in Prolegomenis legis Alamannorum §. 8., eamque ex iisdem ac Hlotharii librum codicibus recensui. De republica nil novi propositum est.
2. Fredegar. chron. 88.
3. Num Otwinus ille praeses et Erchanoldus tribunus, qui circa a. 650 Turgoviam vastavisse traduntur in Vita S. Galli Monum. SS. II, 18, maiores domus fuerint, incertum manet. Neugart Episcop. Constant. 26. Alamanniam cisrhenanam ultra viginti annos (ad annum 680 usque) ducibus caruisse coniicit Neugart l. c. 27.
4. Circa a. 687. apud Erchanbertum in breviario (ex cod. leg. Alam. I 12.) Monum. SS. II, 328. De hac re optime disseruit Müller Schweiz. Gesch. I. kap. 9. ed. 1815. I, 145.
5. Annal. Mett. ad a. 687. 691. Monum. SS. I, 317. 320.
6. Annum 709 plurimi annales proferunt. cf. Monum. SS. I, 22. 23. annum 708 l. c. 64. Sedes eius prope lacum Brigantinum dicitur fuisse. F. H. Müller Die Deutschen stämme etc. I, 147. 161. sed exstat docum. anni incerti *actum Canstat ad Neecarum* quo *Godafridus dux vir illuster* presbiteri cuiusdam Sangallensis, *ad potestatem* eius venientis, monitis *aliquid ad luminaria S. Galluni* concessit. Neugart c. D. A. n. 6.
7. Erchanb. breviar. l. c: *se unusquisque* (ducum scil.) *secum tenuit.*
8. Pippini a. 709—712 adversus Willeharium (Ortenaugiae? Stälin I, 179. not. 8.) ducem: Annales in Monum. SS. I, 6. 22. 23. 64. 67. 321. II, 212. 318. III, 33. IV, 3. 6. Karoli a. 722. 723. (725. 728? Bouquet II, 674.) 730: Fredegar. contin. cap.

108. Annales in Monum. SS. I, 8. 9. 114. Einhardi Fuld. ann. ad a. 722. 723. Monum. SS. I, 344. Karolus princeps circa a. 720 auctoritatem quandam apud Hnabi ducem Alamannorum videtur assecutus esse (Stälin Wirt. Gesch. I, 180. not. 4. 181. not. 1.). nec tamen, mox armis eam restituendam ratus, nisi ad tempus obtinuit.

9. Annales in Monum. SS. I, 24. 25. alii anno 729 l. c. 64. 67.

10. Huius legislationis cognitionem attulerunt codices

C1. Sangallensis 731. a. 793 scriptus.

C2. Augustanus, nunc Monacensis regius cimel. IV, 3. g. saec. VIII.

Prooemium collectionis ita conceptum est: *Convenit enim maioribus nato populo Allamannorum una cum duci eorum Lanfrido vel citerorum populo adunato. Ut si quis liber* etc. inscriptis his verbis: *Incipit textus lex Alamannorum, qui temporibus Lanfrido filio Godofrido renovata est.* Lantfridus primus codicem legum vel corpus iuris composuit, quo Pactum antiquatum est. multas leges Hlotharii et secundi libri reformavit, novas et ex Pacto desumtas addidit. Cf. Prolegomena legis Alamannorum §. 9. 10. Edendae legi (sub num. V inter Monum. Germ. histor. Legg. Tom III.) adhibiti codices sunt

C3. olim Fuldensis Heroldi, nunc deperditus.

C4. Lingonensis (?) nunc Vindobonensis Palatinus iuris civilis 211. saec. IX.

D1. Vaticanus Christinae 520. saec. X.

D2. Tabularii ecclesiae Mutinensis I, 2. anno 991 scriptus.

D3. S. Martini Moguntini, nunc Gothanus 84 saec. XI.

D4. Absternacensis, nunc Trevirensis 843 saec. IX.

D5. Guelferbitanus inter Gudianos 327 saec. IX. ex parte,

D6. Parisiensis 4759 B. saec. X.

ac locis aliquot G3. Aquitanicus, nunc Vossianus 119. saec. IX.

11. Hoc concludo ex Leg. Lantfr. cap. XCVII, 3. Nec nova ea lex sed ex antiquo iure (Pacti frgm. III, 25—27.) desumta erat. Cf. Einhardi Ann. ad a. 742. Monum. SS. I, 135.

12. Erchanb. breviar. l. c.

13. Fredegar. contin. 110. Ann. Mett. et Iuvav. ad a. 741. Monum. SS. I, 327. V, 123.

14. Anno 742 victus (Fredegar. contin. 111. Annales in Monum. SS. I, 134. 135. 327.) Tiotbaldus anno 743 bella renovat Odilonis Baiuvariorum ducis socius (Annal. in Monum. SS. I, 26. 27. 327. Einhardus et Enhardus l. c. I, 135. 345.) uterque adversa fortuna (Fredegar. l. c. 112. Annales in Monum. SS. I, 327. II, 194.), ut foedus anno 744 inirent (Fredegar. l. c. 113.). Tamen pacem Thiotbaldus pervasis a. 745. Alsatiae finibus rumpit (Annales in Monum. SS. I, 24. 25.), ut Karlomannus ira incensus a. 746 Alamannos aggrederetur, et *plurimos eorum, qui contra ipsum rebelles exsistebant gladio trucidaret*, et *placito in loco, qui dicitur Condistat, instituto ipsos qui principes fuerunt cum Theodibaldo comprehendi ac secundum singulorum merita corrigi iuberet.* Fredegar. l. c. 115. Annal. in Monum. SS. I, 24. 25. 64. 67. 329. Enhardus l. c. 346.

15. Annal. Mett. ad a. 747, Monum. SS. I, 329.

16. Grifo, Karlomanni filius, Lantfridi ducis auxilio Baiuvariae ducatum usurpavit Pippino rebellis. Quare Lantfridus victus proelio et captivus in Franciam abductus est a. 748. Annales in Monum. SS. I, 136. 219. Adon. Chron. Monum. SS. II, 319. (a. 749 exhibent annales in Monum. SS. I, 330. 346.) Mox, a. 751 alii 749, mortuum eum esse tradunt Annales Monum. SS. I, 11. 24. 25. 64. 67. III, 35.

17. Exempla docum. S. Galli: *Sub Theoderico rege* c. a. 680 Neugart C. D. A. n. 4. *Sub regno domini nostri Elperici regis* c. a. 716 l. c. n. 7. *Regnante domino*

nostro Teoderico rege supra Carulum maiorem domus a. 735. l. c. n. 9. *Sub Carlomanno maiorem domo* a. 744 l. c. n. 10. 11. *Regnante Hiltrikho rege sub Carlomanno maiore domo et Bebone comite* a. 744 l. c. n. 12. *Regnante Carlomannno duce et Pebone comite* a. 744 l. c. n. 13. *Anno XXX post domni nostri Dacopirti reies* a. 745. l. c. n. 14. 15. Eademque passim in libro traditionum Wizenburgens. de pago Alisacinse ed. Zeuss, et in documentis Alsat. apud Schöpflin C. D. Alsat. n. 5. etc. inveniuntur.

18. Neugart Episcop. Constant. pag. 26. Ita Pippini tempore Annal. Fuld. ad a. 751 Monum. SS. I, 346. »totam regni potestatem apud maiorem domus« fuisse referunt, *excepto quod cartae et privilegia regis nomine scribebantur.*
19. Severiores principue sacrilegii poenae lege Lantfridi introductae sunt. Cf. Prolegomena legis Alamannorum §. 10.
20. Mos vetustissimus, rapta hominibus Deo donandi ab Heinrico III agnitus est in docum. a. 1055 apud Meichelbeck Hist. Frising I, 52.
21. Pippini et Karlomanni aetate *res in ducatu Alamanniae fisci ditionibus redactas esse* Karolus M. dicit in docum. a. 790 apud Neugart. C. D. A. n. 110.
22. Exempla apud Guérard Irminon I, §. 280. not. 4—6. Waitz Verf. gesch. II, 220. not. 2.
23. Ex inscriptione legis Alamannorum in cod. C1. servata. cf. supra not. 10.
24. Fredegar. contin. 113. Translat. S. Abundii apud Canis. Lect. antiq. Tom. III.
25. Einhardi Vita Kar. M. 18. Thegani Vita Hludow. Pii 1. Monum. SS. II, 453. 590. Nebi sive Hnabi dux Hiltigardis, Karoli M. uxoris, avus erat.
26. Cf. Schöpflin Alsatia illustr. I, 636. et infra XI. not. 23. Adhuc a. 1400 Alsatici fines ita describuntur: *zwischen Hagenower forste vnd der Byrse, dem Ryne vnd der Virst* (= Vosagi iuga). Schöpflin Alsat. Diplom. n. 880. not. g.
27. Cf. supra VI fin. Nominantur duces Gundonius, circa a. 650, eoque mortuo Bonifacius sive Chaticus (Ethico Mabillon Act. SS. Bened. II, 491. seqq. Chron. Novient. saeculi XIII apud Martène Thesaur. anecdot. III, 1128.), Adalbertus, Lintfridus inde ab a. 723. Schöpflin Alsat. illustr. I, 753.
28. Thiotbaldus dux Alamannorum hostis Alsatiam invasit a. 745. cf. IX. not. 14. Francorum regis vel maioris domus imperia in omnibus illis instrumentis publica fide conceptis agnita sunt. Cf. F. H. Müller Die Deutschen stämme und ihre fürsten I, 161. Grandidier Hist. de l'Alsace I. Pièces iustif. XII seqq.
29. *Stuafa* sive *Stopha* (Grimm RA. 298. Waitz Verf. gesch. II, 506.) censuales praestabant. *freda ac haribannum* ingenui. Cf. Kilderici regis docum. Spirense c. a. 670 apud Dümge Reg. Badens. 1. Theodorici regis docum. Murbac. a. 727 apud Schöpflin Alsat. Diplom. n. 8. Liutfridi ducis c. a. 730 apud Zeuss Tradit. Wizemburg. n. 12.

X.

1. Schöpflin Als. illustr. I, 771.
2. Cunzonis II et Gothefridi II ducum post annum 749 constitutorum memoria ex suspecto libro Vitae S. Magni II, 10. 15. (Goldast. SS. R. Alam. I[b], 199. 201.) hausta est. Cf. Neugart Episc. Constant. 54. Stälin I, 167.
3. Comes trium pagorum. Not. 17 ad Ratperti Cas. S. Galli 1. in Monum. SS. II, 63. Neugart. Episc. Constant. pag. 55. 60. C. D. Alam. n. 18. seqq. Dicitur mortuus esse a. 774 in Ann. Guelferbit. cont. apud Monum. SS. I, 40.
4. Comes in Baar a. 769. Ratpertus l. c. Neugart Episc. Constant 55. 59. Hic fortasse Alsatiam ac Barenses habebat, alter reliquos Alamannos. *ambo enim totius Ala-*

manniae administrationem habebant. Walafr. Strab. Vita S. Ottmari 4. in Monum. SS. II, 43. Cf. Schöpflin Alsat. illustr. I, 668. 778.

5. Nam Ekkehardus IV. Cas. S. Galli in Monum. SS. II, 83. ad a. 890. ita narrat: *Non dum illo tempore Suevia in ducatum erat redacta. sed fisco regio peculiariter parebat sicut hodie et Francia. Procurabant ambas camerae quos vocabant nuntii.* Attamen documentorum fides, ut antea maioris domus, ita nunc nuntii nomine firmabatur: Form. Goldast. 42—45. 67. 29. a. 754—773. Neugart C. D. A. n. 43. Episcop. Constant. 55. nam manebat nomen ducatus Alamannorum. cf. exempla allegata apud Stälin I, 336. not. 3. Potentia nuntiorum in tyrannidem versa est. Ysonis Mirac. S. Otmari 5. Monum. SS. II, 49.
6. Karlomanni Capit. Liftin. a. 743. cap. 2. Monum. Legg. I, 18. Hludowici Constit. de servit. monast. a. 817. l. c. 223.
7. Ius militiae ita a populo ad optimates, quorum sub auspiciis omnes inferiori loco positi bella inirent, certo ordine proposito rediisse bene docuit Wirth Gesch. der Deutschen I, 534. Cf. Cap. Karoli M. a. 803 cap. 1. Aquense a. 806 cap. 1. Bonon. a. 811 cap. 10. Monum. SS. I, 119. 146. 173.
8. Cf. Cap. Karoli M. a. 811 cap. 7. Monum. l. c. 173. Lupi Serv. abb. Ferr. Epist. 24. in edit. Antwerp. 1710.
9. Campus Madius intra annos 755 et 761 pro Martio institutus est. Fredegar. contin. cap. 120. 125. Eichhorn I. §. 161. Wirth Gesch. der Deutschen I, 532.
10. Eo denique tempore, quo Alamanniae duces dignitatem atque imperium recuperare coeperunt (inde a Purchardo II. c. a. 920), et ipsa Alsatia eorum ditioni parebat. Schöflin Alsat. illustr. II, 539. Ambas quidem provincias demum Purchardi II. aetate in rempublicam coniunctas esse contendit idem Schöpflin. tamen annalium argumenta desunt. Neugart. Episc. Constant. pag. 204.
11. Ambo monasteria Alamannica. Cap. Hludow. de serv. monast. a. 817. Monum. Legg. I, 224.
12. Regin. chron. contin. ad a. 965. Monum. SS. I, 627.
13. Condistat et Hirsaugia in Francia orientali erant. Stälin I, 222. not. 6. Zeuss die Deutschen etc. 325.
14. Haec duo loca in confinio Alamannorum sita enumerantur in docum. Argentin. a. 926 apud Dümge Reg. Bad. pag. 6.
15. Annal. Nazar. cont. I. ad a. 787. Einhardi Vita Karoli M. 11. Vita S. Oudalrici. Monum. SS. I, 43. II, 449. IV, 386. Augusta Vindelicorum in provincia Alamanniae sita erat. Annal. Wirzib. ad a. 956. Monum. SS. II, 242. Pagus Sualafeld ultra Danubium Alamanniae fines descripsit, nam a. 1029 Ernestus II dux Alamannorum urbem in sinu pagi illius sitam imperatori tradidit. Falkenstein C. D. Nortgav. 22.
16. Gregor. Turon. hist. Franc. I, 32. Walafr. Strabus in Prologo Vitae S. Galli ap. Goldast SS. R. Alam. I[b], 233. Schöpflin Alsat. illustr. I, 628. F. H. Müller Die deutschen staemme und ihre fürsten IV, 141.
17. Uechtland. Gregor. Turon. Vita S. Romani in act. SS. Febr. III, 746. F. H. Müller l. c. IV, 150. 252.
18. F. H. Müller l. c. IV, 75. Stälin I, 222.
19. Qua comprehenduntur provinciae, quas nunc vocamus Appenzell, Glarus, Graubünden, ac Turgoviae pars. Cf. append. I. Frider. I. in docum. a. 1155 (Dümge Reg. Bad. pag. 139.) episcopatus Constantiensis terminum denuo posuit *ad Rhenum ubi in vertice rupis similitudo lunae iussu Dageberti regis ipso praesente sculpta cernitur ad discernendos terminos Burgundiae* (i. Alamanniae, quam postea Burgundiam dicebant) *et Curiensis Rhetiae.* Neugart Episcop. Constant. pag. XII.

20. Incertum an continua inde a Servato illo, quem Theodericus Ostrogothorum rex *Rhaetiarum ducem* (Cassiodor. Var. I, 4.) constituerat, serie usque ad ultimum provinciae illius praesidem, quem Victorem II. allegant Ratperti Cas. S. Galli 2. (Monum. SS. II, 62.) et Tellonis episcopi Curiensis († 773) testamentum (Eichhorn Episcop. Cur. in Rhaet. Cod. prob. pag. 4. 5. at dubitatur de fide instrumenti. Burkhardt in Archiv für Schweizer gesch. IV, 59.). Karolus M., si fidem habemus documento apud Eichhorn l. c. n. III, Constantium Curiensem episcopum c. a. 774 *territurio Raetiarum rectorem* posuit, sed *divisione postea inter episcopatum et comitatum Curienses facta* (Eichhorn l. c. n. VI. pag. 14. n. VIII.), quum iam ante annum 806 (Neugart Episcop. Constant. pag. 181.) *Wolfharium episcopum Reminsem iusticiis in Rhaetia Curiensi faciendis* misisset (Ratperti Cas. S. Galli 5. Monum. SS. II, 64.), constituendi *ducatus Curiensis*, qui Divisione imperii (a. 806. cap. 2. Monum. Legg. I, 141.) Pippino tribuebatur (cf. Eichhorn l. c. n. V. a. 807 nisi supposita carta est), consilium videtur cepisse. Eodem enim tempore Hunfridus, qui c. a. 800 solam *Istriam tenebat* (Transl. Sang. Dom. 3. Monum. SS. IV, 447.), *vir inluster Retiarum comes* (Form. Goldast. n. 99. *nam eo tempore Reciam Curiensem tenebat.* Transl. Sang. Dom. cap. 14. Monum. SS. IV, 448.) dicitur fuisse (*comes Curiensis* a. 819 in Herrgott Genealog. gent. Habspurg. II, n. 38. Einhardi ann. ad a. 823 Monum. SS. I, 210. *dux super Redicam* in Thegani Vita Hludow. Pii 30. Monum. SS. II, 597.). Ab Hunfrido posteriores qui duces Rhaetiae aut comites Curienses nominantur, originem trahunt, Adalbertus filius, *qui paternas res* inter easque *Reciam Curiensem hereditario iure possidebat* (Transl. Sang. Dom. cap. 15. l. c.), ex eoque nepotes Odalricus (Transl. Sang. Dom. cap. 16. l. c.) et Rudolfus *dux Raetianorum* (Neugart C. D. A. n. 597. a. 890) et pronepos Purchardus, filius Adalberti illius, qui fuit Odalrici ac Rudolfi frater (Neugart Episcop. Constant. pag. 185.). Iste Purchardus *marchio Curiensis Rhetiae* (Neugart C. D. A. n. 640. a. 903.) *dux* sive *comes Retiae Curiensis* (l. c. n. 668. 673. a. 909), alias *comes* Parae dictus est (l. c. n. 584. 591. a. 889; n. 603. a. 893. n. 643. a. 903. n. 658. a. 906.) Cf. append. I.

21. Ita Waldrammus tribunus, de quo cf. Neugart C. D. A. n. 72, sub Victore praeside fuisse dicitur apud Ratpert. Cas. S. Gall. l. c. Alios in Turgovia constitutos intra a. 791 et 957 allegat Neugart C. D. A. II. in ind. pag. 69.

22. Mon. S. Gall. Gesta Kar. M. I, 10. Monum SS. II, 735. lin. 11.

23. Annal. Lauriss. et Einhardi et Poeta, Saxo ad a. 778. Monum. SS. I, 159. 235. Cap. Karoli de obsid. Saxon. Monum. Legg. I, 89.

24. Annal. Lauriss. ad a. 796. Monum. SS. I, 37.

25. Enhardi Fuld. ann. ad a. 806. Monum. SS. I, 353.

26. *Hildegardis de gente Suavorum praecipuae nobilitatis femina — Liudgarda Alamanna* Karoli uxores. Einhardi Vita Karoli M. cap. 18. Angilberti carmen de Karolo M. Monum. SS. II, 354. 396. lin. 184. Neugart Episcop. Constant. 68.

27. Postquam Karolus ac Pippinus Francorum imperio Alamannos denuo subiecerunt, id potissimum agebatur, ut quidquid novi aut seditiosi Lantfridus ac ceteri duces introduxerant tolleretur. nec novo enim iure opus erat. Itaque iam in codicibus B 1. 2. 3. post tempus illud scriptis iam eae Lantfridi leges, quaecunque ad reipublicae formas a Francis iamdudum antiquatas spectabant, aut omittuntur aut immutantur, et liber iuris certo capitum numero, qui postea manebat, circumscriptus est. Ex isto opere Karoli M. aetate, quum vetustorum legislatorum sermo admodum barbarus fuisset, emendatus textus prodiit, quem demonstrant

E 1. codices musei Brittannici Egerton 269. et Parisiensis 4633. saec. IX.

E2. codex Havniensis regius coll. ant. Gottorp. 1943. saec. IX.

E3. codex Babenbergensis D. II. saec. IX.

Mox tamen emendato textui sex novellae leges additae sunt: una, Leg. reform. cap. VI, Hludowico I. imperante a. 817, ceterae omnes certe ante annum 823. Initio novellae, aut una plures, tamquam extravagantes in libris msser. receptae sunt ut in codicibus

F1. Tegernseensi nunc Monacensi regio cimel. IV, 3. d. saec. IX.

F2. Babenbergensi olim PP. Praedicatorum saec. XI.

F3. Civitatis Sangallensis C. 7. saec. X.

F4. Tabularii cathedralis ecclesiae Eporediensis 33. saec. X.

F5. Parisiensi regio 4632. saec. X.

F6. Hamburgensi 83. saec. IX.

F7. Parisiensi 4787. saec. X.

F8. Parisiensi regio 4628. saec. X.

deinde huc illuc in textu legum scribi coeperunt, id quod exemplis probatur

G1. codicis Monacensis regii inter Augustanos B. 153. saec. X.

G2. codicis S. Crucis monasterii Austriaci saec. X.

G3. codicis Vossiani 119.

G4. codicis Tiliani, nunc deperditi.

G5. codicis supra D5 laudati ex altera sua parte.

quin etiam inventus liber msser. est, cuius scriptor eas praecipue leges omisit, quas antiquo et novo iure inter se differre viderat,

H. codex Constantiensis (?) nunc Vindobonensis Palatinus iuris civilis 288. saec. XII.

Absolutum denique reformati iuris Alamannorum sive Karolinae quam dicimus recensionis quinque novellas leges antiquarum loco ac sextam in capite VI. textu continuo recepit, et hanc legum collectionem permulti codices ordinis I. exhibent, videlicet

I1. Codex S. Blasii in Silva nigra, nunc S. Pauli in Karinthia c. a. 820 scriptus.

I2. Codex S. Marcialis Lemovicensis, nunc Vaticanus Christinae 857 saec. IX aut X.

I3. Codex Vaticanus Christinae 991. saec. IX.

I4. Codex Vaticanus Christinae 1050. saec. X.

I5. Codex Vaticanus Christinae 1128. saec. X. aut XI.

I6. Codex Parisiensis 4614. saec. X.

I7. Codex S. Vincentii Mettensis nunc Parisiensis Suppl. Lat. 75. saec. X.

I8. Codex Sangallensis 732. c. a. 850 scriptus.

I9. Codex Augustanus nunc Guelferbitanus inter Blankenburgenses saec. X.

I10. Codex B. Rhenani Schlettstadiensis, nunc Argentinensis saec. IX.

I11. Codex Argentinensis C. V. 6. saec. IX.

I12. Codex Weisenaugiensis, nunc in bibliotheca castri Liebenau.

I13. Codex Aniciensis nunc Parisiensis 4417. saec. IX.

I14. Codex Parisiensis 4759. saec. X.

I15. Codex Sichardi nunc deperditus.

I16. Codex Parisiensis fond de Notre Dame 252. saec. IX.

Ex fide codicum E. F. G. H. I., ac locis quibusdam codicum D, et e textu libri Heroldiani (C3. cf. supra IX. not. 10.) Alamannorum legem reformatam recensui inter Monumenta Germania historica Tom. Legg. III. num. VI. propositam. Cf. Prolegomena legis Alamannorum §. 11.

28. Laudatur *Alamannica lex idest Suevorum, quod in prima acie semper de-*

beant pugnare in Bertholdi et Lamberti Schaffnab. ann. ad a. 1075. Monum. SS. V, 278. 226. quam ad Karolum regem refert Schwabenspiegel ed. Lafsberg cap. 32. Cf. Stälin I, 393. II, 643. et supra IV. not. 6. Item Alamannorum, quum Karolum in Hispaniam sequerentur, bellica laus in carmine »Stricker« Schilter Thesaur. antiq. II, 15 cum Karolo rege coniungitur: *Kaiser Karolus gab zum preis feldharschhörner zu dem streit.* Etiam *Karlisch recht* etc. passim in speculo Suevorum obvenit, ut antiqua iura significarentur. Spangenberg Beiträge zu D. R. des MA. 232. cf. infra XVI. not. 14. 23. 24. 26. Thuricenses in Karoli regis memoriam dies festos habebant. Schweizer Museum XII, 721. ab eodemque Karolo curia Rotwilensis et iudicia Westfalica dicebantur instituta esse. Ruperti imperatoris Dipl. comitibus de Sultz a. 1404 datum apud Schilter Instit. iuris publ. IV, 9. §. 2. Frankfurter Reichsabsch. a. 1442. §. 13. apud Senckenberg Reichsabsch. I, 173.

29. Missi et comites. Cap. Kar. M. a. 779 c. 21. Aquisgr. a. 802, 812. Monum. Legg. 1, 38. 91. 174. Ann. Guelferbit. p. II. ad a. 801. Ann. Lauresham. ad a. 802. Monum. SS. I, 38. 45.

30. Capp. Karoli M. a. 803 et 807. de exerc. promov. Monum. Legg. I, 119. 149.

31. Vectigalia regia erant teloneum (Eichhorn I, §. 171. n. 5.) et fiscus regis, cui ingenui homines *tributa ac servitia persolvebant* (Neugart C. D. A. n. 234. 298. a. 828. 840. Dümge Reg. Bad. n. 13. a. 886. n. 24. a. 947.) et vectigal de capite. His respondet quod Hludowicus I. imper. a. 839: *concedimus*, inquit, *monasterio noncupatum Sindleozzesawa* (Augiae divitis) *quandam partem census seu tributi, quae nobis annuatim ex Alamannia persolvebantur, videlicet ex centena Eritgaowa noncupatam et ex ministerio Chuonradi comitis, necnon et decimam partem ministerii, quod Raban comes habet, quod pertingit finibus Alamannicis sub eoa, seu et nonam ex fisco, cuius vocabulum est Sasbach, atque etiam et nonam partem tributi, quae ex Brisachgaowe ad nostrum exigitur opus.* Dümge Reg. Bad. n. 4. Postea confirmata ea donatio est a. 886. 990. l. c. pag. 77. 93. *ita ut primo antequam summa censuum et tributorum dispertiatur, agentibus monasterii dentur et postmodum fiat divisio partium, quae ad nostrum vel ad comitum nostrorum ius pertinere debent.* De vectigali »colonorum regis« intelligo documentum notatu valde dignum, quo Hludowicus rex a. 867 decrevit, *ut quidam homines de Argengewe securi essent de illo censu, quod illorum antecessores nostris* (regis) *antecessoribus persolverunt, et illorum legem quae vulgo dicitur phaath, plenam habuissent sicut ceteri Alamanni.* Neugart C. D. A. n. 445. Herrgott Geneal. gent. Habspurg. II, n. 67. Cf. Guérard Irminon I, 698. et documentum nostro simillimum a. 1209 ecclesiae Sonnenburgensis apud Hormayr Beiträge zur gesch. Tirols II, n. 77. Gesch. v. Tirol I[b], 190. Praeterea operas, quae ab ingenuis, sed comiti tantum aut ecclesiae, quae in comitis locum successit, praestabantur, docet carta illa a. 840 supra allegata, qua monasterio Lucernensi statuliberi denuo addicuntur, *quemadmodum et in praecepto* (Pippini) *continetur de itinere exercitale seu scaras vel quamcumque partem ire presumat aut mansionaticos aut mallum custodire aut navigii facere vel alias functiones aut freda exactare, et quicquid ad partem comitum aut iuniorum eorum seu successorum exigere poterat.* Cf. infra XII. not. 29.

32. Cap. Kar. M. a. 802 c. 5. Bai. a. 803. c. 4. Monum. Legg. I, 104. 127. A Karolo M. etiam decimarum origo ducebatur. Neugart C. D. A. n. 480. a. 874.

33. Monum. Legg. I, 243.

34. Tali eademque mente, qua a. 768 (Einh. ann. ad a. 768. Monum. SS. I, 147. not. 41.) dividendi regni consilium captum est in Div. imp. a. 806 c. 23. Monum. Legg. I, 141.

Cf. Eichhorn I, 538. Sed ut olim Austrasia, ita nunc Francia occidentalis summum penes se pondus ac reipublicae nervum habitura, ob eamque causam Alamannia dividenda erat. Cf. docum. a. 804. 809 in libro Trad. S. Gall. 106. 117. seqq.

35. Div. imp. a. 817. Monum. Legg. I, 198.
36. Annal. Bertin. ad a. 834. Monum. SS. I, 427. Neugart Episcop. Constant. 93.
37. Ruodolfi ann. ad a. 840. Monum SS. I, 362.
38. Heribannum Alamannis indictum a. 815 contra Saxones. Chron. Moissiac.ad a. 815. Monum. SS. I, 311. et a. 820 contra Slavos. Einh. ann. ad a. 820. Mon. l. c. 207.
39. A. 829 Karolus, praedilectus Hludowici filius (Calvus), a patre regna Alisatiae, Alamanniae, Raetiae partisque Burgundiae accepit. Ann. in Monum. SS. I, 111, II, 225. Thegani V. Hlud. P. 35. Monum. SS. II, 597. A. 838 *quicquid* (Hludowicus Germ.) *ultra citraque Rhenum paterni iuris usurpaverat* ad Hludowicum P. rediit. Prud. Trec. ann. ad a. 838. Monum. SS. I, 432.
40. Ruodolfi ann. Fuld. ad a. 840. Monum. SS. I, 362.
41. Ratperti Cas. S. Galli. 7. Monum. SS. II, 67. Hlothario iam a. 839 conventu Wormatiensi Alamannia concessa est. Monum. Leg. I, 373. Neugart Episcop. Constant. 94.
42. Stälin I, 256. not. 5. Antiqui Burgundiae fines, ultra quos ne postea quidem a. 883 conditum Burgundiae regnum extendebatur. cf. docum. a. 890 apud Neugart C. D. A. n. 596.
43. Prudent. Trecens. Ann. ad. a. 843. Monum. I, 440. Rhaetiam Hludowicus retinuit. id quod contradicit Stälin I, 257.
44. Divisio regni a. 870. Monum. Legg. I, 517.
45. Idem nomen honoris in docum. a. 870. Neugart C. D. A. n. 468.
46. Circa a. 855 Karolus Crassus princeps Alamanniae factus est. Adonis contin. I. et Aug. mon. contin. in Monum. SS. II, 325. lin. 10. 329. lin. 20. Formula Goldast. n. 17. a. 859 (docum. S. Gallense): *sub Karolo principe Hludowici regis filio.* cf. Neugart C. D. A. n. 408. not. c. Hereditas filiis Hludowici inter se litigantibus divisa atque adiudicata est a. 872. Annal. Fuld. ad h. a. in Monum. SS. I, 384.
47. Annal. Fuld. et Regin. chron. ad a. 876. Monum. SS. I, 391. 589. Ita in Formula Alsat. 10. et Adon. contin. I. Monum. SS. II, 325. lin. 47. (ubi mendose *Calvus* pro Crassi nomine): *Carolus rex Suaviae* et *Dei constitutione et antiquorum regum propagatione rex Alamanniae* vocatur.

XI.

1. Dümge Reg. Bad. pag. 75. Ann. Fuld. P. V. ad a. 887. Monum. SS. I, 404.
2. A. 888. 891. 894 Alamannorum exercitus regem sequuntur. Ann. Fuld. p. V. in Monum. SS. I, 406. 407. 409.
3. Vita S. Oudalrici Monum. SS. IV, 386. lin. 40.
4. *Quem cor regis nominabant.* Ekkeh. IV. Cas. S. Gall. Monum. SS. II, 83.
5. Lentiensium aliorumque Alamannorum seditionis memoria tradita est in Neugart C. D. A. n. 592. 640. Dümge Reg. Bad. pag. 84.
6. Mansi Concil. ampliss. coll. XVIII, 204.
7. Cf. Salomonis, qui episcopus Constantiensis annis 890—920 fuit, carmen apud Canis. Lect. antiq. ed. Basnage IIe, 241.
8. Alamannia Moguntinae metropoli adiuncta erat. Cf. supra VII, not. 7.
9. Annal. Alam. ad a. 911. Monum. SS. I, 55.
10. l. c. ad ann. 913. pag. 56.
11. Ecclesiae privilegia regia, antiquitus et praecipue a Pippini tempore scribi solita, nihil aliud continebant quam clientelam regis, »mundiburdium«, ex principatu deri-

vatam, et vectigalium immunitatem. rex dominus ecclesiae ac bonorum eius, quae velut beneficia conferret aut confirmaret, in iisque iudex ac patronus habebatur. Ex clientela principis, quam triplae compositionis ius speciale sequebatur (supra VIII.), orta consuetudo clericorum est assensum et auctoritatem regis, si quid acquisivissent, gestis publicis inserendi, donationum et commutationum confirmationem ac varia iura ab ipso petendi, eiusque iudicium sententiae causa adeundi. Huius rei exempla intra fines Alamannorum enumerari possunt:

a) documenta mundiburdii generalis ac specialis proposita (suspecta * notavi)
monast. Vallis S. Gregorii a. 673. 769. Schöpflin Als. Dipl. n. 2. 39.
monast. Novientensi a. 684. Grandidier Hist. de l'église de Strafsbourg I. pièces iustif. n. 23.
monast. Hohenaugia a. 750. 751. 760. 776. 884. Grandidier l. c. II, n. 46. 47. 180. Schöpflin Als. Dipl. n. 31. 51.
*monast. Muorbach a. 760. Schöpflin l. c. n. 30.
S. Dionysio super bona Alsatiensia a. 768. *781. *791. *803. 847. *854. *856. 903. Grandidier l. c. n. 58. 74. 75. 79. 83. 119. 125. 126. 169.
eccl. Argentinensi a. 773. Grandidier l. c. n. 63.
eccl. Curiensi c. a. 774. Eichhorn Episc. Cur. in Rhaet. Cod. prob. n. III.
monast. Fabariensi a. 807. 842. 843. 857. Eichhorn l. c. n. V. X—XII.
monast. de Arnolsowa a. 826. Grandidier l. c. II, n. 98.
monast. Campidonensi a. 833. Monum. Boica XXVIII[a], n. 5.
monast. Herinstein a. 849. Grandidier l. c. II, n. 123.
monast. Renaugia a. 858. 866. Neugart C. D. A. n. 382. 437.
monast. S. Acherici in Belmont a. 859. Grandidier l. c. II, n. 129.
monast. Turicensi a. 878. 879. Grandidier l. c. II, n. 143 seqq.
monast. Gengenbach a. 885. Grandidier l. c. II, n. 152.
Meras regum donationes enumerare nolui. ea diplomata, quae formulas immunitatis, quam dicunt, ecclesiasticae insolitas ante Hludowici I aetatem exhibent, ut suspecta, omisi, scilicet: Hohenaugiensia Schöpflin Als. Dipl. n. 41. Grandidier l. c. II, n. 72. Murbacensia Eccard. Origg. Habsburg. Austr. 119. Schöpflin l. c. n. 50. Novientensia Grandidier l. c. II, n. 60. 61. 86.

b) documenta, quorum fide commutandis ecclesiae bonis (Leg. Alam. reform. cap. XX.) regia auctoritas interposita est, exstant intra a. 823—905 apud Grandidier Hist. de l'egl. de Strasbourg II, pieces iustif. n. 95. 145. 155. Schöpflin Als. Diplom. n. 89. 95. Neugart C. D. A. n. 394. 485. 609. 622. 637. 753. Cod. Lauresham. II, 539.

c) variis praeterea documentis reges vel ecclesias ipsas alienarunt, vel praedia ab altera ad alteram ecclesiam transtulerunt. Haec facta sunt in favorem
monast. Elhenwangen a. 823. Schütz Corpus hist. Brand. diplom. I, 21.
monast. Campidonensis a. 831. 839. Monum. Boica XXVIII[a], n. 7. Neugart C. D. A. n. 292.
monast. Turicensis a. 857. 877. 878. 888. Neugart l. c. n. 366. Grandidier l. c. II, n. 141—144. Schöpflin l. c. n. 119.
monast. Furentowa a. 875. Neugart l. c. n. 488.
monast. Eleon super fluvium Andelah a. 884. Grandidier l. c. n. 148.
monast. S. Gallensis a. 888. Neugart l. c. n. 579.
episc. Argentinensis a. 889. Grandidier l. c. n. 160.
episc. Constantiensis a. 905. Neugart l. c. n. 654.
episc. Tullensis a. 912. Bonquet IX, 515.

d) Honaugienses, Constantienses, Sangallenses, Curienses intra a. 773—912 bona sua vindicaturi iudicia regis et iudicum ab eo delegatorum adibant. Neugart l. c. n. 196. 208. 482. 596. 603. 633. Grandidier l. c. II, n. 64. 69. 70. 97. 99. 105. Herrgott Geneal. gent. Habspurg II, n. 56. Eichhorn Episcop. Cur. Cod. prob. n. VI—VIII. XIV.

e) Speciale ius abbatem sine auctoritate regis eligendi, datum est
monast. in Campidona a. 839. 862. Neugart C. D. A. n. 294. 809.
monast. Fabariensi a. 840. Eichhorn l. c. n. IX.
monast. S. Galli a. 854—903. Muratori Ant. Ital. V, 959. Neugart l. c. n. 507. 619. 640.
monast. Murbacensi a. 877. 913. Bouquet IX, 333. Schöpflin Als. Dipl. n. 134.
monast. Wizenburgensi a. 882. Schöpflin l. c. n. 113.
monast. Hohanova a. 884. Schöpflin l. c. n. 115.
monast. Vallis S. Gregorii a. 896. l. c. n. 123.
monast. Eleon a. 902. 912. Grandidier l. c. II, n. 165. 168. 172.
idemque una cum electione advocati monasterio Rinawa a. 852. 870. Neugart C. D. A. n. 345. 458.

f) Ecclesia antiquitus immunis a vectigalibus et operis erat. Eichhorn D. St. u. RG. I, §. 95. 175. et reges nonnunquam donationibus modum illum adiecerunt. A. 817 Hludowicus rex S. Gallo in diversis Parae comitatibus (cf. infra not. 23.) *censum illud, quod partibus comitum exire solebat, salva tamen functione, quae tam ex censum quam ex tributum vel alia qualibet re partibus palatii exire debent*, concessit et *omnes comites partibus Alamanniae seu successores atque iuniores vel omnes fideles suos censum aut tributum aut opera vel araturas aut alias quaslibet functiones exigere aut exactare* vetuit. Idem imperator a. 832 bona ecclesiae Campidonensi donata a *censu illo annuali*, qui *ad publicum persolvebatur*, immunia constituebat. Neugart C. D. A. n. 191. 805. Eadem ratione ecclesia a teloneo, qualia enumerantur »muta, portaticum, pontaticum, rotaticum, pulveraticum, salutaticum, cespitaticum, cenaticum, ripaticum, laudaticum, trabaticum, pastio, navigale, carrale, evectio,« immunis facta est non generali, sed speciali iure, quod hominibus ecclesiae commercii causa a rege tribui solebat, ut
eccl. Argentinensi a. 775—904. Grandidier Hist. de l'égl. de Strasbourg II, pièces iustif. n. 68. 104. 114. 138. 170.
monast. Hoinaugie a. 781. l. c. n. 77.
monast. Muorbach a 816. Schöpflin Als. Dipl. n. 80.
monast. Campidonensi a. 837. 859. Neugart C. D. A. n. 807. 808.
episcopo Curiensi a. 843. 849. Eichhorn Episc. Cur. 39. Cod. prob. n. XI.
monast. in Valle S. Gregorii a. 844. Schöpflin Als. Dipl. n. 100.

Necdum episcopi vel abbates intra fines suos iura comitum habebant. Ecclesiasticae immunitatis privilegia sive ecclesiae a comitum potestate penitus exemtae saecularem iurisdictionem conferendi consuetudo a Hludowico I. imperatore introducebantur, eorumque formulae inde ab aetate Hludowici Germanici conceptis verbis inveniuntur in Marculfo I, 3. 4 et inter Alamannica diplomata (suspecta asterisco * notavi)
monast. Ellwangensis a. 814. Khamm Hierarch. August. auct. part. prim. pag. 10.
**monast. Campidonensis* a. 814. Neugart C. D. A. n. 803.
monast. Noviento sive Ebersheim a. 814—892. Grandidier Hist. de l'église de Strasbourg II, pièces iustif. n. 87. 93. 96. 101. 159. 161.
**monast. Augiae divitis* a. 815. Schöpflin Alsat. Diplom. n. 78.

monast. Bodonis in pago Albinse a. 816. 826. Grandidier l. c. n. 88. Schöpflin l. c. n. 77.

episc. Argentinensis a. 817—873. Grandidier l. c. n. 91. 115. 139. Schöpflin l. c. n. 107.

S. Galli a. 818—912. Neugart C. D. A. n. 197. 467. 507. 602. 619. 640. 682.

**monast. Buchowa* (Buchau am Federsee) a. 819. Memminger Wirtemb. iahrb. 1826. pag. 332.

monast. Vallis Masonis a. 823. Schöpflin Als. Dipl. n. 86.

monast. Vallis S. Gregorii a. 826. 856. Böhmer Reg. Karol. 385. 687.

episc. Curiensis a. 831. 840. Grandidier l. c. n. 106. 113.

monast. Hohenburc a. 837. Grandidier l. c. n. 110. 111.

**monast. Lindaviensis* a. 839. Böhmer l. c. n. 493.

monast. Lucernensis a. 840. Schöpflin Alsat. Diplom. n. 98.

monast. Fabariensis a. 840. 861. 889. Eichhorn Episcop. Cur. in Rhaet. Cod. prob. n. 9. 13. Neugart C. D. A. n. 408. Herrgott Geneal. gent. Habspurg II, n. 88.

eccles. S. Stephani in ambitu infra muros Argentorato a. 845. *856. Grandidier l. c. n. 118. 127.

monast. Grandisvallis a. 849. 856. 866. Schöpflin Als. Dipl. n. 102. 106. Eccard. Orig. Habsburg 139.

monast. Rinowa a. 858. Schöpflin l. c. n. 108.

monast. Furentowa a. 875. Neugart l. c. n. 488.

monast. Eleon super fluvium Andelaha a. 900. 912. Schöpflin l. c. n. 126. 129.

Aliquoties iam immunitate regalia iura concedebantur: *forestum fisci Quiningisheim* S. Dionysio Parisino pro monast. Lebrahensi a. 774. 854. et *fisci Columbariensis* monasterio S. Gregorii a. 823, *theloneum in civitate Curia* exigendum episcopo Curiensi a. 836, vectigalia regia, *census et tributum*, et fiscales reditus monasteriis S. Galli et Augiae divitis inde ab a. 828, *curtis regia Turegum, pagellus Uroniae, forestum Albis* monasterio Turicensi a. 853, *piscandi potestas* monasterio Rinowa a. 870. Grandidier l. c. II, n. 109. 113. Schöpflin Als. Dipl. n. 85. 104. Neugart C. D. A. n. 234. 298. 349. 358. Dümge Reg. Bad. n. 13. 24. Iam unicum in Alamannia exstat exemplum, quod inde a Karoli M. tempore abbates S. Dionysii Paris. *in cellula Hetsilinga in pago Nechcragawe super fluvium Nechcra* mercatum postea a Hludowico rege confirmatum (Neugart C. D. A. n. 439. a. 866) habebant. Nummi tamen ab imperatore solo »ad curtem« cudebantur. Cap. Karoli M. a. 808. cap. 7. Monum. Legg. I, 153.

12. Ecclesiastici summo regni imperiique honore, qui missorum erat, fungi solebant. Karoli M. Cap. Aquisgr. a. 802. c. 1. Mon. Legg. I, 91. Hatto I. qui fuit abbas Augiensis a. 806—824, Hatto III. abbas Augiensis, postea ab a. 891 praesul Moguntinus, Salomon I. a. 839—871 et Salomon III. a. 890—920 Constantienses, Witgarius a. 858—877 et Adalbero a. 887—909 Augustani, Bernoldus Strateburgensis a. 825 episcopi, Gotefridus quidam a. 825, Grimaldus S. Gallensis a. 841—872, Ruadharius a. 882 abbates missi regum et cancellarii nominantur.

13. Exempla leguntur in historiis Erchangeri, Perchtoldi, Purchardi, Adalberti marchionis Franciae orientalis aliorumque.

14. Palatia regum, quot ea aetate intra fines Alamannorum fuerint, enumeravit Stälin I, 259. 263. 265. 266. Hüllmann Deutsche finanzgesch. 19. ac iam comites palatii a. 854. 889. obveniunt in docum. Neugart C. D. A. n. 356. 585. Nec minus momenti matrimoniis tribuendum est ab imperatoribus cum filiis optimatum Alamannorum iunctis. Stälin l. c. 250. 259. 261. 266.

15. Ekkehardus IV Casus S. Galli in Monum. SS. II, 83.
16. Ann. S. Galli mai. ad a. 913. Monum. SS. I, 77.
17. Annal. Alam. ad a. 915. 916. ac Herimanni Aug. chron. ad a. 911. 917 in Monum. SS. I, 56. V, 112. Annales Tschudii prolati in Geschichtsfreund I, 100 Erchangerum Burcardi ducis consilio interfectum esse tradunt.
18. Stälin I, 275. Itaque eiusdem pagi complurium comitum ministeria esse coeperunt. e. gr. in pago Nibelgow comitatus Rifoini ac Waningi. Neugart C. D. A. n. 143. 145. a. 802, ac Gozperti et Waningi, Neugart l. c. n. 410. 413. a. 862.
19. Ita comitatus Rhaetiarum marchiae Istriae et comitatus Parae Baiuvariorum marchiae coniungi potuerunt. cf. supra X. not. 20. Stälin I, 247. not. 1. 4. 332. not. 7.
20. Mon. S. Gall. Gest. Karol. M. I, 13. Monum. SS. II, 736.
21. Cognati Hiltigardis reginae tali favore gaudebant, Ruodbertus avunculus, Geroldus et Oudalricus fratres eorumque posteri, qui omnes a Godofrido quondam duce originem trahebant. cf. supra IX. not. 25. Neugart Episcop. Constant. 182. 198. ac tabulas propositas a Stälin I, 243. 246. 326. Ab eadem fortasse progenie Welforum familia orta est. Stälin I, 327. not. 4. et antiquae illius dignitatis libertatisque memoria causa doloris dicitur fuisse, quo Ethiconem filius vasallus Arnulfi regis factus afflixit. Anon. Weingart. ap. Hess Monum. Guelf. 7.
22. Lentiensium, Argunae, Eritgaviensium pagi coniuncti circa a. 839 erant. Neugart C. D. A. n. 290. 307. Dümge Reg. Bad. pag. 69. Laudantur *duo comitatus Attonis in Bertoldesbara* a. 831. Monum. Boic. XXX[a], n. 25. Rhaetiam Curiensem, pagos Durgoviensem, Albigavensem, Parae, Hegoviensem coniunctos usque ad a. 889 Adalbertus quidam comes *illuster* aut ipse aut per vicarios filios suos administrabat. Neugart l. c. n. 591. Episcop. Constant. 182. Dümge l. c. 81. n. 17. supra X not. 20.
23. Leg. Alam. Hlothar. cap. XXXVII. XXXVIII. Notabile huius rei exemplum comitatu Parae exstat, cuius partes enumerantur ministeria comitum Hruadharii, Neugart C. D. Alam. n. 115. a. 791. n. 191. a. 817, Karamanni, Frumaldi, Cunthardi l. c. n. 191. a. 817, Thiotirichi Neugart n. 186. a. 816, Tisonis Neugart n. 198. 200. 210. 221. 314. a. 818—846, Attonis cf. not. 22, Albuini Neugart n. 303. a. 842. Item exemplum pagi Nachlachgowe, Stälin I, 301, in quo Purihdinga, Neugart C. n. 116. a. 791. n. 191. a. 817. Trad. S. Gall. pag. 104. a. 803, Skerra, Dümge Reg. Bad. pag. 80. no. 15. a. 889, ac comitatus Nidinga erant, Neugart n. 522. a. 881. Parae universae comites nominantur Ruadhardus camerae nuncius, Pirahtilo, Geroldus, Berahtoldus, Karolus II rex Crassus, Burkhardus († 911). Simili Alsatiae divisione vetustae nationum diversitati accomodata Sundgow et Nordgow pagi inde ab a. 870 (Monum. Legg. I, 517. lin. 17. 18.) numerantur, nec principes tamen inveniuntur, qui minorum quos vocant pagorum comitibus praefuerint. Schöpflin Alsat. illustr. I, 634.
24. Antiquus sane Alamannorum mos. cf. L. Hlothar. cap. XXXVI. multis rerum Alamannicarum et Alsatiensium (Schöpflin Als. illustr. I, 776.) exemplis probatus. cf. Schweizer geschichsforscher I, 258. Dönniges D. St. R. I, 217. not. 3. Ita comitatus Arbonensis a patre in filium tamquam hereditas transiit inde a temporibus Dagoberti I regis. Ratperti Cas. S. Galli 1. 2. Monum. SS. II, 62.
25. Tum antiqua ministerialium significatio, qui beneficia regum haberent, (cf. exempla apud Kraut Grdr. d. D. PR. 33.) ita immutata est, ut quicunque feudali iure obnoxii erant, et episcoporum et abbatum (Neugart C. D. A. n. 575. a. 887 *vasallus abbatis* S. Galli, n. 604. a. 893 *ministerialis abbatissae* Turicensis) aliorumque optimatum vasalli (*hoflehner*, Neugart n. 648. a. 904. *ministerialis comitis* in pago Munigisingeshuntari) tali nomine dicerentur. Et ipso titulo *viri nobilis* tum uti coeptum est. Dümge Reg. Bad. pag. 83. n. 20. a. 895. Neugart C. D. A. n. 549. a. 884.

26. Hincmar. de ord. palat. cap. 29. alleg. ap. Eichhorn I, §. 161. *Conventus Francorum ceterarumque gentium, qui sub dominio eorum erant, habitus in Ingulunheim* a. 788. Ann. Lauresham. Monum. SS. I, 33. Cf. Einhardi ann. ad a. 806. Monum l. c. 193. *Iudicia Francorum, Alamannorum Baiuvariorum* etc. allegantur Monum. Boica XXXI[a], n. 72. a. 895. XXVIII[a], n. 93. a. 903.
27. Cap. Karoli M. a. 802. cap. 1. a. 803. cap. 19. Karoli Calvi conv. Colon. a. 843. cap. 3. Edict. Pist. a. 864. cap. 3. 6. Hludow. conv. Confluent. a. 860. cap. 9. 10. Monum. Legg. I, 91. 115. 377. 471. 489. 490. Eichhorn I, 565.
28. Taceo de missaticis litteris ac legibus Langobardorum.
29. Cap. Karoli M. a. 803. Hludow. I. a. 819. Hludow. II. a. 856. Monum. Legg. I, n. 53. 54. 117. 118. 192.
30. Cap. Karoli M. a. 803. Hludow. II. a. 856. Monum. Legg. I. n. 55. 192.
31. Cap. Karoli M. a. 803. Monum Legg. I. n. 64. 65.
32. Cap. Karoli M. a. 785. 797. Monum Legg. I. n. 27. 35.
33. Quaecunque capitula regum Francorum universis regno subditis data sunt enumerare longum est. itaque eorum praecipue, quae Ansegisus in libros legum digesserit, memoriam revocabo ac tabulas a Pertzio propositas Monum. Legg. I, 257. Cf. Eichhorn I, §. 143. 149. His adnumeranda sunt imperii Germanici Capp. Hludowici I, Monum. Legg. I. n. 145—147. Hludowici II, l. c. n. 173. Chuonradi, Monum. Legg. II, 554.
34. Cap. Ticin. Karoli M. a. 801 cap. 8. Monum. Tom. Legg. I, 84: *De servis fugacibus. Ubicumque intra Italia sive regius sive ecclesiasticus vel cuiuslibet alterius hominis servus fugitivus inventus fuerit, a domino suo sine ulla annorum praescriptione vindicetur. ea tamen ratione, si dominus Francus sive Alamannus aut alterius cuiuslibet nationis sit.* Quae regula speciali iure in favorem Curiensis ecclesiae a Chuonrado I. a. 912 proposita (Eichhorn Episcop. Cur. in Rhaet. Cod. prob. n. XIV.) generalis facta est edicto imperiali Ottonis I. a. 969. Monum. Legg. II, 34.
35. Cf. inscript. et subscript. huius cap. in codice S. Galli n. 728 allegata in Monum. Legg. I, 113. 114. not. o. et Cap. Hludow. I. a. 820 (?) cap. 5. Monum. l. c. 229.
36. Ista Capitularia, Mon. Legg. I. n. 53. 54, scripta inveniuntur in codicibus, quos laudavi, A. B 2. 4. D 3. F 4. 5. 8. G 3. I 4. 7. 9. Cap. n. 53. in codice I 1. Cetera volumina fere omnia collectas diversarum Germaniae nationum leges proferunt, quarum cui extravagantia capitula in ipsis scripta adnumeranda sint incertum est. En tabula, quae quisque codex capitula editionis Pertzianae Monum. Legg. I, pag. V contineat:

C. 20. E 3. F 2.
C. 21. D 3. F 4. G 3. I 1. 7. 9.
C. 22. F 4. I 7. 9.
C. 23. I 1.
C. 26. D 3. F 4. I 1. 9.
C. 31. D 3. F 3. G 3. I 7.
C. 32. D 3. F 4. G 3. I 7. 9.
C. 33. D 3. I 1. 9.
C. 36. F 4. I 9.
C. 37. I 9.
C. 38. D 3.
C. 40. F 2. 4. G 3. I 1. 9.
C. 41. D 3.
C. 44[a]. G 3.
C. 44[b]. D 3.
C. 48. I 9.
C. 55. F 4. I 1. 7.
Capp. 57. 59. 61. 63. I 7.
C. 64. F 1. G 1. 2. et in append. Leg. Baiuv. I 3. 13.
C. 68. B 2.
C. 71. A. D 3. F 4. I 7. 9.
C. 72[b]. F 8.
C. 76. I 7.
C. 78. B 2. G 3. I 9.
Capp. 80. 83. 85. 88. I 1.
Capp. 81. 84. 86. 87. 92. 93. 95. 96. 99. 100. 103. I 7.
Capp. 106. 107. F. 4.
C. 110. E 2.

C. 111. E 2. I 9.
C. 112. A. E 2. F 2. 4. 5. 8. G 2. I 1. 9.
C. 113. E 2. F 8. I 1. 9.
C. 114. E 2. F 8. I 1.
C. 117. F 5.
C. 120. 122. 123. I 9.
C. 124. I 1. 9.
C. 125. 133. D 2. 3. I 9.
C. 127. 128. I 9.
C. 135. D 2. 3. I 1. 9.
C. 139. I 9.
C. 140. 141. I 7. 13.
C. 144. D 3.
C. 145. D 2. 3. F 2. 6. I 7. 9. 13.
C. 146. D 2. 3. F 6. I 7. 9. 13.
C. 147. F 6.
C. 148. D 3. I 9.
C. 150. I 9.
C. 160. 162. 164. I 7.
C. 168. D 3.
C. 169. I 9.
Capp. 170. 171. D 3.
Capp. 174. 175. 177. I 7.
Capp. 182. 185. D 3.
C. 183. D 3. I 9.
C. 184. D 2. 3.
Capp. 186. 188. 190. I 9.
Capp. 193. 197. 199. 207. 208. 213. 214. 249. I 7.

Hi libri suam quisque capitularium seriem: codd. B 2. D 2. 3. E 2. 3. F 4. G 3. I 1. 4. 7. 9. 13 tamquam partem eius, quam continent, Germanorum legum collectionis sistunt. codd. A. F 5. 8 legi Salicae, codd. F 6. I 12 Ansegiso, codd. F 2. G 1. 2 legi Alamannorum subiiciunt. Sola Merowingorum regum capitula obveniunt in codd. B 3. C 1. 2. sed in libris B 1. C 4. D 1. 4. 5. 6. E 1. F 7. G 6. H. I 2. 5. 6. 8. 10. 14. 16. omnia omnino desunt, et I 11. solum Ansegisi librum recepit. de codice Sichardi I 15. nil certi constat.

37. In Leg. Alam. reform. cap. XIV wirigildum diaconi, antea 300 solidorum, ex Karoli M. capitulo 400 solidorum constitutum est. An criminum, quibus respublica laederetur, poenae corporales a Karolo M. constitutae iam tum ad Alamannos transierint, ut incompertum in medium relinquam. Cf. infra XIV. not. 19.
38. Cap. Karol. M. a. 802. c. 25. 26. et Alia Cap. c. 15. Cap. a. 803. c. 4. et Alia Cap. c. 19. Mon. Legg. I, 95. 104. 116. 121.
39. Propter eam librorum diversitatem classes mscrorum A. B. C. etc. introduxi.
40. Stälin I, 428. Dicitur *Burchardus Sueviam quasi tyrannice regens* in Ekkeh. IV. Cas. S. Galli Monum. SS. II, 104.
41. Neugart Episcop. Constant. 185.
42. Witukind. I, 27. in Monum. SS. III, 429.
43. Itaque *predatorem et desolatorem provinciae* principem ecclesiastici scriptores exsecrabantur. Stälin I, 431. not. 4. *Hausteritatem enim eius multi aversantes exosum eum habuerunt, et ipsius voluntati per omnia contradixerunt. Quos ut debellaret, copiosam multitudinem militum sibi sociavit, quibus non solum suas verum etiam aecclesiasticas possessiones, non considerate id pertractans, in beneficia donavit.* Mirac. S. Verenae 1. in Monum. SS. IV, 457.

XII.

1. *Purchardus divina annuente gratia dux Alamannorum omnibus manifestum esse populis volumus* in docum. a. 924 apud Neugart C. D. A. n. 802.
2. Rex tale beneficium *signifera lancea* tradebat. Thietmari chron. V, 13. VI, 3 in Monum. SS. III, 796. 805. Grimm RA. 163. Homeyer Sachsenspiegel II[b], 324. 551.
3. Tali ratione Liutolfus dux a 954. *in gratiam regis revocatus vasallos quos habuit et ducatum patri reddidit.* Contin. Regin. in Monum. SS. I, 623.
4. Stälin I, 552. Itaque quum a. 938. Evurhardo Francorum duci constituto vasallus

Saxo fidelitatem amplius praestare noluisset, iudicium ad imperatorem deferendum erat. Köpke in Jahrb. des D. Reichs 1[4], 15.

5. Tales fuere Franci
   a) ex gente Salica maiori: Herimannus I a. 926—948, Herimannus II a. 997—1003, Herimannus III a. 1003—1012, Chuonradus a. 982—997. et ex minori Heinricus a. 1038—1045, qui rex et imperator a. 1039—1056 factus est.
   b) ex gente Babenbergensi: Ernestus I a. 1012—1015, Ernestus II a. 1015—1030, Herimannus IV a. 1030—1038.
   c) ex familia Palatino-Rhenana: Otto II a. 1045—1047.
   d) ex familia marchionum Franciae orientalis Otto III a. 1048—1057.

   et Saxones Liutolfus a. 949—954, ac filius eius Otto I a. 975—982.
6. An Purchardus II, qui dux a. 954—973 erat, prioris Purchardi filius fuerit, dubitatur. Stälin I, 453. Ruodolfi ducis ac comitis de Rhinfelden patrimonium tam in Burgundiae, cuius rex factus est (Neugart Episcop. Constant. 205. 405.), quam Alamanniae finibus erat. Stälin I, 493.
7. Eligendi regis ius exercuisse duces Alamanniae feruntur in Ottonibus I et II, et Chuonrado II. Widuk. II, 1. Thietmari chron. II, 28. Monum. SS. III, 437. 757.
8. Quum Otto I rex electus a. 936 in palatio Aquisgrani residebat, *Herimannus Franco* qui dux Sueviae erat, *pincernis praeerat*. Widukind II, 21. Monum. SS. III, 438. Quum *sollemnitas paschalis in Quidelingeburg* ab Ottone II rege a. 985 celebrabatur, Conrad dux Sueviae *ad cameram ministrabat*. Thietmar. chron. IV. 7. in Monum. SS. III, 770.
9. Hoc de Herimanno I duce apud Herimann. Aug. ad a. 926. Monum. SS. V, 112. Similia praedicantur de Liutolfo, Stälin I, 452. not. 7, et de Ottone II, l. c. 489. n. 4.
10. Herimanno I iam duci Reginlinda vidua Purchardi I, eorumque filia Liutolfo, Herimanni II filia Ernesto I nupserunt. Stälin I, 436. not. 7. 443. not. 2. 471. Herimannus I confirmandi, ceteri adipiscendi magis ducatus causa matrimonia inierunt. Et postea Ottoni IV, ut matrimonium cum filia Philippi ducis iunctum acquisiti ducatus Sueviae, ita amissi mors coniugis causa erat. Chron. S. Petri Erfurd. ad a. 1212 apud Mencken SS. R. G. III, 240.
11. Filii patrem sequebantur. Otto I itaque ex patre Liutolfo successionem obtinuit, Herimannus III licet infans patrem Herimannum II, Ernestus II patrem Ernestum I secuti sunt. Rudolfi filio *parvulo adhuc ducatus Alemanniae a rege Heinrico delegatus est*. Berthold. ann. ad a. 1079. Monum. SS. V, 319. not. 70. Deficiente filio filia heres vocabatur. Leg. Hlothar. cap. LVII. libri II cap. XCV. et ita Herimannus I Suevorum dux quum *praeter unam parvulam gnatam nemo esset, qui rerum ipsius heres existeret*, a rege petiit ut Liutolfum filium filiae suae matrimonio iungeret, *qui rerum suarum hereditate magnificus fieret*. Liutpr. antapod. V, 1. in Monum. SS. III, 327. Si liberi deerant, agnatis hereditas deferebatur, fratribus, sororibus, consobrinis. Neugart C. D. A. n. 491. Ita Chuonradus dux Herimanni I, Herimannus II Chuonradi (cf. Stälin I, 467. not. 8.) ex fratribus nepotes, Herimannus IV Ernesti II frater erant. Ernestus I matrimonio cum sorore ac herede Herimanni III iuncto ducatum adeptus est. Neugart Episcop. Constant. 328.
12. Sola imperatoris gratia et *a rege constituti* ducatum habuerunt Herimannus I, Heinricus licet sororis Herimanni III filius et uterinus frater Ernesti I atque Herimanni IV, Ottones II et III, Fridericus I. De isto Ottonum et Heinrici III imperatorum principali studio disseruit Stälin I, 454. 487. sicut enim Otto II. eo usque processit, ut Alamanniae et Baioariae ducatus eidem fratris sui filio commendaret (a. 976—982 Stälin I, 462. not. 5.), ita Heinricus per tempus aliquod, ne duces constituerentur,

complures provincias, et Alamanniam quoque ipse administrabat, ac postea Bertholdo comiti de Zeringen annulo *velut huius rei commonitorio* (Ekkeh. Uraug. ad a. 1057 Monum. SS. VI, 198.) tradito ducatum Sueviae, dum vivebat Otto III dux, promisit ac ducis nomen concessit. Stälin I, 493.

13. Iam Heinrico II regnante, qui animi firmitate carebat, seditiones exortae sunt. Stälin I, 475.

14. Liutolfi a. 953. 954 et Herimanni II a. 1002 dissidia post breve tempus pace, quam duces ab imperatoribus petierunt, composita sunt. Widukind III, 40. Thietmari chron. V, 14. in Monum. SS. III, 457. 797.

15. Nummis ea aetate Turegi ac Prisachae cusis tam ducis quam imperatoris nomina impressa sunt. Stälin I, 528.

16. Herimannus I pro Ottone I bella gessit in Francia a. 944. 946. Köpke in Iahrb des D. Reichs I[4]. Excurs VIII, 101. Purchardus II in Italia a. 965. Regin. contin. ad a. 965. Monum. SS. I, 627. Liutolfus cum Alamannis patri auxilia tulit in Italiam proficiscenti a. 951. Stälin I, 446. Ottonem III Romam profectum Herimannus II a. 999, Chuonradum II Herimannus IV a. 1036 comitabantur. Stälin I, 468. 485. Alamanni *fortes in armis* inter milites ab Ottone II a. 980, Heinrico II a. 1021, Chuonrado II a. 1026. 1027, Heinrico III a. 1053 in Italiam ductos feruntur fuisse. Thietmari chron. III, 12. in Monum. SS. III, 765. Herimanni chron. ad a. 1022 in Monum. SS. V, 120. Wippo Vita Conradi apud Pistor. SS. R. Germ. III. Ipsi Heinrico IV Ruodolfus dux initio auxilia tulit adversus Saxones. Lamb. Schaffnab. annal. ad a. 1075 in Monum. SS. V, 226.

17. Praecipua regum gratia utebantur Herimannus I, Widukind II, 31. Monum. SS. III, 446. Liutolfus, Otto I, Stälin I, 461. not. 4. Ruodolfus primis ducatus sui annis l. c. 496.

18. De Heinrico II in regnum eligendo nemo melius quam Werinharius episcopus Argentinensis meritus est. Würdtwein Nova subsid. diplom. VI, 150. Heinrico IV inter media Ruodolfi bella multi Alamannorum optimates inter eosque Fridericus de Stoufen ac nobiles Rhaetienses fidem servabant, et Eberhardus comes de Nellenburg et Udalricus comes de Lenzburg intima regis familiaritate utebantur. Lambert. Schaffn. ad a. 1071. 1073. Bernold. ann. ad a. 1077. 1079.

19. A. 1002 Herimanno II duci *maxima pars procerum, qui interfuerunt exequiis* (Ottonis III) *auxilium promiserunt ad regnum acquirendum et tenendum.* Thietmari chron. IV, 34. Monum. SS. III, 783. Ruodolfo duci plus semel crimen regni affectati obiectum ac regnum ipsum a. 1073 a principibus oblatum a. 1077 adversus Heinricum IV commissum est. Lamb. Schaffn. ad a. 1072. 1073. 1075. Bernoldi ann. ad a. 1077. Monum. SS. V, 190. 202. 226. 433.

20. Chuonradus et Herimannus II *duces Alamannorum et Alsatiorum* nominantur. Schöpflin Als. Diplom. n. 166. 172. Thietmari chron. V, 7. Monum. SS. III, 765. Argentina eadem aetate *caput ducatus* dicitur a Thietmaro l. c.

21. Purchardus I marchionis filius (cf. X, not. 20.) et Herimannus I comitum iura *in pago Raetia quod alto nomine Churewala appellatur* exercebant. Neugart C.D.A. n. 553. 705. 731. Liutolfus et Otto I *duces Raetiae* vocantur. Eichhorn Episcop. Curiens. Cod. prob. n. 18. Neugart C. D. A. n. 772. 774. Inde a saec. XI nomen dignitatis, quo caput provinciae Raetiensis significaretur, videtur desiisse, ac dum Sueviae nomen Rhaeticos quoque fines complectebatur, principes, ecclesiastici imprimis, episcopus Curiensis, abbates Fabariensis, Sangallensis, Desertinensis pari inter se et in sua quisque provincia pleno iure uti coeperunt.

22. Ruodolfus dux a. 1059 Alamanniam et Burgundiam regendas accepit. Stälin I, 493.

Burgundiae tamen iam Purchardi I temporibus *Suevorum provinciae non minima pars* sive pagus Argowe (Stälin I, 224. not. 3.), dos proculdubio filiae Purchardi constituta accessit.

23. *Heremannus dux Alamanniae marcham soceri sui Meginfredi in Italia ab imperatore accepit.* Herimanni chron. ad. a. 1036 in Monum. SS. V, 122.

24. Primis Heinrici IV regnantis temporibus inter cives ipsos nemine prohibente frequens discordia ac bellum, iustitia paene nulla, dominationis et arbitrii vix ullum impedimentum, pax et leges contemtae, simoniae et adulterii crimina et late diffusa et secura. Adolescens itaque rex, ubi primum summa rerum ipse potitus est, et invidia et odio populi premebatur. Stälin I, 492.

25. Iam a. 1053 Alamannorum militum turba, quae ferocia postea consuetudo *Reislaufen*, facta est, peregrinam militiam subiisse fertur, ut Leonem papam IX adversus Nordmannos iuvaret. Guil. Appul. apud Muratori SS. V, 260. Postea quoque expeditionibus in terram sanctam et adversus paganos trans Albim factis Alamanni praecipue milites intererant.

26. Hadewiga Purchardi II coniux, quam ducem vocabant, controversia inter S. Gallenses et Augienses orta c. a. 965: *S. Galli*, inquit, *locus imperialis libertatis cum sit meique regiminis immunitatis privilegio pollet. Et quoniam mei iuris est, si laicus laicum, ut id ipsum iuridicaliter proloquar, involaverit, coram comite meo lege multetur, multo magis, si regiae libertatis abbatem tyrannicus abbas nocturnus* (Augiensis scilicet) *invaserit, regali coram me sententiae subiacebit. At tamen maiestatis reo — si vel respondere iam absque praesentia imperii me deceat, nescio.* Ottonis III privilegia, quibus imperator a. 999. Berchtoldo comitide Villingen iura mercatus, monetae (sive monetagii cf. infra not. 27. a. c.), telonei in loco Villingen secundum consuetudines Turicensium et Constantiensium Schöpflin Hist. Zaring. Bad. IV, 11. eademque Manegoldo vasallo suo in Werda (Monum. Boic. XXXI*, n. 163.) et Heinricus III a. 1045 Eberhardo comiti de Nellenburg in Scafhusen (Hugo Mediatisirung der D. reichst. 370.) exercenda concesserunt, unica ex illa aetate regalia in comites transferendi exempla sunt.

27. Si quis dubitaverit, an privilegia clericis data ius saeculare in subitos exercendi, supra XI, not. 11. in fine, regalia iura contineant, inde ab initio saltem decimi saeculi comitatus sive »comitum laicorum iura«, quae laudat Heinricus IV a. 1086, Acta Palatin. histor. VII, 224., episcopis et abbatibus tribui solita, imo regia iura, Eichhorn D. St. u. R. G. §. 272. 362., quae vix comitibus iam concederentur, addita esse agnoscet.

a) Clerici, ut quisque princeps gubernationem Imperii suscepit, privilegia mundiburdii ab eo petebant. eae quidem formulae immunitatis ecclesiasticae, quae Hludowici aetate ex typo quodam concipiebantur, scribi desierunt, at res ipsa manebat, quam verba *ecclesia sub immunitate nostra defensa consistat* continent. Itaque novo diplomate confirmata privilegia antiqua inveniuntur, ut ceclesiae immunes a vectigali vel teloneo ac sui iuris et »liberae« manerent et monasteria ius abbatem eligendi retinerent. Huiusmodi diplomata proposita sunt:

monast. Sangallensi a. 912 seqq. Neugart C. D. A. n. 682. 716. 763. 790. Chron. Gottwic. I, 162. 245. Tschudi Chron. Helv. I, 3.

monast. Morbacensi a. 913 seqq. Schöpflin Als. Dipl. n. 134. 159. 165. 171. 190. 193. 206.

monast. Fabariensi »iusto iudicio olim ad ius regium diiudicato«, Monum. SS. II, 114. lin. 5, ut electio abbatis ambigui iuris esset, a. 949 seqq. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XVII. XX. XXI. XXIV. XXV. XXVII. XXX. XXXI. XXXV. XXXVIII. XLI. Zapf Monum. anecd. I, 57.

XII, 27. eccl. Argentinensi a. 953 seqq. Würdtwein Nova subs. diplom. III, 365. 410. 431. VI, 205.

monast. Campidonensi a. 963 seqq. Neugart l. c. n. 748. 814. 816. Lünig Spicil. eccles. III, 170. Mabillon Analecta 450.

monast. Wizzenburgensi a. 967 seqq. Schöpflin Als. Dipl. n. 148. 171. 197. 200. 219.

monast. Renaugiensi a. 972 seqq. Zapf Monum. anecd. I, 457. 459. 468. Gerbert Hist. Silvae nigrae III, 22. Tschudi Chron. Helv. I, 22. Gerbert De Rudolfo Suev. 156. Herrgott Gen. gent. Habsb. n. 180. 206.

monast. Ellwangensi a. 987. Khamm Hierarch. August. Auct. part. I. cath. c. 3. pag. 24.

monast. Novientensi a. 994. Würdtwein l. c. V, 354.

monast. Augiae divitis a. 1016 seqq. Herrgott Geneal. gent. Habsb.II, n. 164. Neugart C. D. A. n. 823.

nova monasteria vel quae ecclesiastica et vectigalium immunitate vel abbatis eligendi facultate carebant privilegia illa impetrarunt:

monast. in Meginradescella a. 946 seqq. Hartmann Ann. Heremi 46. 63. 73. 80. 82. 86. 95. 98. 103. 115. 124. 130. 152. 192. 195. Tschudi Chron. Helv. I, 3.

monast. Elhenwangen a. (895?) 961 seqq. Khamm l. c. 17. 19.

eccl. Oningensis a. 965. Gerbert De Rudolfo Suev. 153.

monast. in Paterniaco a. 966 conditum a. 974 seqq. Schöpflin Als. Dipl. n. 147. 153. 164. 165. 175. 192. 195. Grandidier Hist. de l'egl. de Strasbourg I, 193.

monast. S. Blasii in silva Swarzwalt a. 983 seqq. Neugart C. D A. n. 777. Gerbert Hist. Silve nigrae III, 27. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 197.

monast. in Selz a. 992 seqq. Würdtwein Nova subs. dipl. V, 349. Schöpflin l. c. n. 181.

monast. Desertinense a. 993 seqq. Mabillon Ann. Bened. IV, 84. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XXXIII. XXXIX.

monast. Waldkiricha a. 994. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 149.

monast. Luthra a. 1016. Schöpflin l. c. n. 188.

monast. Skennines a. 1045. Herrgott l. c. n. 175.

monast. SS. Philippi et Jacobi et S. Walpurgis in sylva Heiligeforst a. 1106. Schöpflin l. c. n. 238.

monast. Mure a. 1114. Kurz und Weifsenbach Beiträge zur literatur und geschichte aus den biblioth. des kantons Aargau I, 5.

monast. Montis angelorum (Englobere) a. 1124. 1125. Herrgott l. c. n. 201. Tschudi Chron. Helv. I, 59.

monast. SS. Udalrici et Affrae in Creuzelingen a. 1125. Gerbert Hist. Silvae nigrae III, 54.

Nova tum species immunitatis accessit a tributo monetagii fisco regis inferendi, quam »percussuram monetae« dicebant, ab eoque immune monasterium in Meginradescella inde ab a.972 erat, cui Otto II rex »telonium in Turego civitate et nummos iuxta morem monetae persolvendos — non ulterius persolvendum perdonavit«. Hartm. Ann. Heremi 82. 95.

Addebatur etiam advocatos constituendi et deponendi facultas

monast. in Offonis cella a. 975 seqq. Würdtwein Nova subs. dipl. III, 417. VI, 166. Schannat Vindem. liter. I, 19.

XII, 27. monast. in Hohenburc a. 1016. Würdtwein l. c. VI, 179.
monast. Fabariensi a. 1028 seqq. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XXXI. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 174. 182.
monast. S. Marie in Otmersheim a. 1063. Schöpflin Als. Dipl. n. 216.
monast. S. Georgii in silva nigra a. 1112. Schöpflin l. c. n. 241.
Medio monasterio et Visivallo a. 1112. Schöpflin l. c. n. 242.
monast. Alpirspach a. 1123. Neugart C. D. A. n. 843.
monast. Lucellensi a. 1125. Schöpflin l. c. n. 251.
monast. S. Blasii in Silva nigra a. 1125. Neugart l. c. n. 845.

Item reges, nisi privilegia de non alienando sive »libertatis« (cf. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XLIV.) dederant, ius suum exercebant bona ecclesiae ab aliis ad alias transferendi, et ecclesias inter se sub una immunitate coniungendi. Eichhorn l. c. n. XVI. XXXIII. Hartmann Ann. Heremi 76. Würdtwein Nova subs. dipl. VI, 164. Neugart C. D. A. n. 818. Eccard Origg. Habsburg. 139. Schöpflin Als. Dipl. n. 139. 149. 178. 182. 199. 220. Gallia Christ. V, 469. Archiv für ältere D. geschichtskunde III, 550. Herrgott Geneal. gent. Habsburg. II, n. 194. 205. 206. Monum. Boica XXVIII*, n. 169. 180. 200. 325. Ecclesiae, quae domina alterius foret, *ius patronatus* impertiri coepit. Schöpflin l. c. n. 145.

Nec penitus desiit consuetudo donationes et commutationes bonorum ecclesiae imperatori confirmandas nuntiare. Würdtwein Nova subs. dipl. III, 378. 397. V, 354. Herrgott Geneal. gent. Habspurg. II, n. 143. Hartmann Ann. Heremi 82. 91. 101. 131. Gerbert Hist. Silvae nigrae III, 17. Neugart C. D. A. n. 812. 846. Schöpflin Als. Dipl. n. 142. 143. 158. 160. 163. 176.

Iudicia civilia tamen ad duces, comites, advocatos redierunt, et raro episcopi aut abbates iudicia regum vel eius missorum adibant, ut Neugart C. D. A. n. 775. Schöpflin Als. Dipl. n. 137. 138. Herrgott Geneal. gent. Habsburg. II, n. 195. Interea de regali iure nemo nisi rex ipse iudicabat, ut de »Wiltbanno super forestum« a. 1059. cf. infra e. nec perierunt regia iura leges civiles, quas ecclesiastici inter se observarent, aliasque de advocatia (e. gr. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XXXI. a. 1028. Schöpflin Als. Dipl. n. 682. a. 1130) ferendi. Privati iuris, quod monasterio et universitati circa ecclesiam collectae a rege constitueretur, vestigia iam ante Ottonum aetatem obveniunt. Hludowicus rex a. 873, quum S. Gallo privilegia immunitatis confirmaret, supra XI. not. 11, audivisse se refert *quod monasterium in quibusdam causis talem legem inter comites ac reliquos fideles, qui in Alamannia consistunt, non habeat, qualem caetera monasteria et beneficia regia habent.* edixit itaque, ut *legem talem habeat, ut res monasterii cum sacramento inquirantur* (quod Monachus Sangall. de gestis Karoli M. II, 10. Monum. SS. II, 754. *iuramentum coacticium* vocat, *quecumque opus habuerimus licenter querendi*), et sub immunitate susciperetur *sicut monasterium Augie et reliqua monasteria.* Neugart C. D. A. n. 468. Hanc iuramenti legem adversus Leg. Alam. reform. II, 2. introductam denuo propositam a. 893. 912 esse, et exercuisse videmus et ipsam abbatissam Thuricensem a. 893. 942 (?). Neugart l. c. n. 603. 604. 682. 724. Leges in favorem ecclesiae Curiensis atque Muorbacensis latas a. 912. 977 vide supra XI. not. 34, infra XIV. not. 19. Privilegio Wizemburgensi a. 974 apud Schöpflin Als. Dipl. n. 152 inseruit Otto imperator: *libertatem auctoritate nostra concedimus qualem Fuldense monasterium vel Augiense seu Prummiense videntur habere.* Omnino enim ius Augiense »optime abbatiae« privilegii (ecclesiastici tantum? Stälin I, 587. n. 3.) instar habebatur et impertitum

XII, 27. quoque monasterio Waldkiricha est a. 994. et Elhenwangensi a. 1152. Schöpflin Hist. Zar. Bad. IV, 7. Khamm Hier. Aug. Part. cath. I. auct. (I[b]) 27.

b) Augebantur praeterea privilegia ecclesiae, quum vectigalia regia, fiscus, census, tributa, teloneum exigenda clericis cederent. *Episcopo Curiensi* Otto I imperator a. 951 »omnem fiscum de ipso Curiensi comitatu donavit, sicut hactenus ad regalem pertinebat cameram et potestatem, cum districtione iusta ad eundem fiscum inquirendum, veluti prius ad opus regium et ius a quadrariis (cf. append. I.) inquirendum fuerat constitutum«, et a. 952 »omne teloneum ab itinerantibus et undique confluentibus emtoribus atque de omni negotio Curia peracto de quo semper consuetudo fuerat.« Cui addidit Otto II a. 976« totum inquisitionis censum sive in montibus et planis, campis et silvis ad ipsam marcham pertinentibus, necnon et teloneum in ipsa valle Pergalliae ab itinerantibus omnibus temporibus persolvi consuetum, modo vero in eodem loco Curia datum. censum quoque omnem ab ipsa centena et scultacia Curiensi de pastu ovina et procuratione bannia (?) falchonum et de hortisana (»hostisana« in privil. a. 1036.) cum tota inquisitione integri census et banni de ponte et omni venditione ipsius loci totum exactum a liberis hominibus sive a quartanis ac terris censualibus in montanis et planis et colonis montanaricis«. et a. 980 »omne telonium de ponte Clavenasco, sicut regio et imperiali iure consuetudo fuit a negotiatoribus hucusque dare custodemque eiusdem pontis cum filius suis« etc. Eichhorn Episc. Cur. in Rhaet. Cod. prob. n. XVIII. XIX. XXII. XXVI. Schöpflin Als. Dipl. n. 158. Cf. confirm. a. 1036. 1040. 1061. Eichhorn l. c. n. XXXII. Tschudi Chron Helv. I, 16. 22. Item Otto rex *ecclesiae SS. Felicis et Regulae Turicensi* a. 952 dedit »in Ustera censum debitum cum omnibus quae nunc habent aut in posterum habituri sunt.« Würdtwein Nova subs. dipl. III, 360. et Heinricus II a .1007 *monasterio iuxta ripam Rheni sito Steine vocitato* »locum Chilichheim in pago Prisachgowe donavit cum tributis et teloneis de navibus per Rhenum discurrentibus vel undecumque fiscus regius circumquaque illuc aliquod ius exigere aut sperare deberet.« Neugart C. D. A. n. 819.

c) Privilegium reditus fiscales percipiendi coniunctum cum speciali iure mercatus erat, quod abbates et episcopi in dies magis exercere coeperunt, addebaturque percussura monetae, sive monetagii tributum a negotiatoribus fisco regio inferendum. *S. Gallo* Otto I rex a. 947. »permisit, mercatum in loco Rorschacha habere et percussuram monetae ibi facere, et quaecumque de ipso mercato in vectigalibus et percussura nomismatis vel in quibuslibet debitis exigenda sunt ad ius abbatis et fratrum pertinere« voluit. Neugart C. D. A. n. 729. Otto III rex a. 993 *populis et monachis in Selz* mercatum in Salsa, eosque immunes a vectigalibus constituit, Schöpflin Als. Dipl. n. 172. *monasteria Eleon* »mercatum sive emporium cum thelonio et vectigali et omni publica functione excepta moneta in villa monasterii, quod dicitur Andilaha et mercatoribus per spatium milliari in circuitu pacem praecipuam, quam ceterae civitates habent«, l. c. n. 185. *monasterio S. Petri Swarzacensi* a. 994. mercatum in Felderen, Würdtwein Nova subs. dipl. V, 367. *monasterio Augiae divitis* mercatum in loco Allensbach. Dümge Reg. Bad. 112 (ex docum. a. 1075). *monasterio S. Cyriaci Sulzbergensi* a. 1004 »mercatum sive emporium — cum telonio sive vectigali regioque banno et omni publica functione excepta moneta« in loco Rinda concessit. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 158. Comes Nellenburgensis circa finem saec. XI. iura quae ab Imperio habuerat, supra not. 26, »villam Scaphusam cum publica moneta, mercato et omnibus pertinentiis« monasterio Omnium SS.

XII, 27. Scaphusano tradidit. Mone Anzeiger 1837, 3. Praeterea *Constantiensis* et *Thuricensis* mercatuum mentio fit in docum. a. 999, Schöpflin Hist. Zar. Bad. IV, 11. et *Augustani* a. 1030, Monum. Boica XXXI«, n. 163.

d) Ius vere regium privilegio monetae sive nummos cudendi episcopis tribui coeptum est. *Augustana ecclesia* iam S. Oudalrici temporibus, c. a. 923, iure isto utebatur, et Heinricus IV a. 1061 edixit, ut »eadem moneta Ratisbonensi monetae equiperetur similiterque exponatur et accipiatur, excepto quod in libra argenti 30 denarii plus quam in illa superius moneta Ratisbonensi monetentur.« Monum. Boica XXIX«, n. 401. *Episcopo Curiensi* Otto I rex a. 959 »integritatem monetae« tradidit, Otto II a. 976 et Chuonradus II a. 1036 confirmaverunt. Schöpflin Als. Dipl. n. 158. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XXXII. *Episcopo Argentinensi* ius illud Otto II rex a. 973 dedit et »quadam res iuris nostri, inquit, hoc est monetam, quod hactenus ad ipsius prefate civitatis conpertinere et servire videbatur, cum omni integritate nichil dimittente«. Schöpflin l. c. n. 154. cf. confirm. a. 988. Würdtwein Nova subs. dipl. V, 341. Nummi enim »ad curtem« regis cudebantur sive in palatiis quae fuerant Augustae, Constantiae, Thuregi, Argentinae. Stälin I, 524. supra XI, not. 11. itaque quum urbani nummi essent et »moneta civitatis«, ut Augustana illa iam X. saeculo ineunte, inauditus ac summus favor erat, quod monasterio Selz ab Ottone III a. 993 atque a Cuonrado III a. 1143 (infra not. 32.) »moneta publica subscriptione utriusque monetae, Argentinensis et Spirensis, praefigurata, quae utriusque civitatis imaginem et titulum sine ulla ponderis et puritatis diminutione preferret, concederetur eo quod ipse locus in marca antiquitus constitutus pervius sit cunctis sursum et deorsum euntibus«. Schöpflin l. c. n. 172. 272. Abbatissam Thuricensem ius illud habuisse documentis probari nequit. exercuisse enim, pariter ac monasteria S. Galli, Paterniacense. Scaphusanum contendit Meier in Mitth. der antiq. gesellsch. in Zürich I, 7, 3. III, 2, 18. 51. sed mihi quidem videntur iura illorum solum monetagium mercatui coniunctum continuisse. supra a. c. De nummis ipsis, quos cognoscendi facultas ex documento Augiensi saec. X. apud Mone Anzeiger 1839, 442 data est, cf. Stälin I, 525. 606. et adnotationem ad Legem Alam. reform. cap. VI.

e) An silvas ac foresta ecclesiae donata, supra XI, not. 11. fin., Karolini reges banno suo defenderint, haesitari potest. sed quum nemora, »invia et inculta« praecipue, »regiae proprietati deputata«, Hartmann Ann. Heremi 117, et »in banno regio« fuissent, Neugart C. D. A. n. 596. donationem ius banni accessorium, venationem praecipue, Eichhorn D. St. u. R. G. §. 199, continuisse putaverim, in quo »foresta instituta ac defensa« a silva privata differebat, cuius usum »liber homo sicut de sua proprietate iuste et legaliter habebat in campis, pascuis silvis lignorumque succisionibus atque porcorum pastu, pratis, viis aquarumque decursibus, piscationibus«, vel ut »tantum exartet in suo compendio et ad suum opus, et ligna et maderame, et porcus quando pascio est ad sufficientiam habeat potestatem et alios extraneos non habeat licentiam dare«. Neugart C. D. A. n. 482. 596. Trad. S. Galli 48. n. 62. Vix decimo saeculo nomen iuris forestae Alamannis notum erat. nam quod privilegio illo *ecclesiae Curiensis* a. 976, Schöpflin Als. Dipl. n. 158 dicitur: »coloni et vasellarii de montanis sicut semper ad curtem serviebant sub ipso comite (Adalberto) et patre eius (Hunfrido) — cum vinitoribus et acolis et forestis cinctis duabus cum consueta cinctionis districta« aut ambiguum aut unicum eius rei exemplum est, et quum *Wizzemburgense monasterium* simili iure a. 967 ab Ottone II ornaretur, his verbis rex usus est:

XII, 27. »quicquid, inquit, in ipsa marcha enutrire aut saginare vel venatu conquirere homines eorum potuerint, inconcussum permaneat.« Schöpflin Als. Dipl. n. 148. cf. confirm. a. 1030. 1040. n. 197. 200. Ab aetate Heinrici II demum ius forestense introducebatur. Is rex, quum *episcopo Basileensi* a. 1004 silvam suam in Alsatia sitam donasset: »saltum, inquit, forestavimus et banni nostri districtu circumvallavimus eo tenore, ut nemo virorum (?) deinceps habeat extra voluntatem episcopi potestatem de genere cervorum sive caprarum aut aprorum aut ursorum aut fibrorum agitare, nostr obanno interdicente marem seu feminam, vel saltem aviculam que dicitur paria inquietare seu capere presumat«. Schöpflin l. c. n. 159. confirm. a. 1040 l. c. n. 198. *Episcopo Argentinensi* id privilegium cum »foreste« a. 1017 datum est, ut »nullus ibi cervum vel cervam, ursum aut ursam, aprum vel lefam, capreos vel capreas sine licentia ipsius quoque modo capiat«. Schöpflin l. c. n. 189. Omnino consueta mox res videtur fuisse et exercebatur certo, si regia silva iam ante fuerat. nam a. 1018, quum *monasterio in Meginradescella* »silva inculta et invia, et ob hoc regiae potestati deputata« ab imperatore donaretur, »venationes« in privilegio inter »utilitates« privatas enumeratae sunt. Hartmann Ann. Heremi 117. Accessit tamen novum ius speciale, ut rex »communi consultu ducis et reliquorum principum circumhabitantium« in privata silva bannum regium constitueret. Huius rei exemplum in documento a. 1024 exstat, ubi rex »silvam, inquit, Virgunda dictam ad *Elwacense cenobium* pertinentem per nostram imperialem potentiam legali banno forestum fecimus cum omnibus terminis eiusdem silve — cuius pars Francorum legibus subiacet in pagis Mulegtowe (Murrechgowe. cf. Monum. Boica XXXI[a], n. 160.) et Cochengowe in comitatibus Henrici comitis et alterius Henrici comitis — super quae omnia nostro imperiali banno precipimus, ut in eadem foresti a nobis constituta nulli venari aut piscari aut quidlibet exercere liceat nisi eiusdem ecclesie permittente pastore. Sit hec silva cum omnibus predictis finibus prefate ecclesie nostro banno in legale foreste amodo firmata cum omnibus que in foresti aut scribi aut nominari possunt utilitatibus.« Khamm Hierarch. August. Part. cathedr. auct. I[b], 39. 40. cf. confirm. a. 1152 l. c. 23. Hoc ius regium igitur in territorio privato, cui comitatus iam tum simillimus erat, nisi consensu domini vel comitis constitui non poterat. Itaque Heinricus III a. 1050 *episcopo Curiensi* »cum consensu comitis Eberhardi caeterorumque comprovincialium forestum quoddam in comitatu Eberhardi comitis situm cum imperiali banno« eodemque anno »cum consensu Ottonis comitis ac filiorum eius et coeterorum comprovincialium, abbatis praesertim Fabariensis et advocati eius bannum regium super unum forestum in comitatu Ottonis comitis et infra fines Fabariensis situm habenda concessit.« Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XXXIV. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 182. Defuerat sane consensus ille comitis, quum episcopo Argentinensi a. 1017 (cf. supra) »Wiltbannum super ipsum Strateburgensis ecclesiae forestum« concederetur. nam controversia inter utrumque a. 1059 mota et imperiali iudicio disceptata est, ut ecclesia ex besse, comes ex triente iure illo uterentur. Würdtwein Nova subs. dipl. VI, 226. *Augustanus episcopus* inde ab a. 1059 wiltbannum in silvis vicinis, quae regis fuerant, habebat. Lori Gesch. des Lechrains II, 3. Posteriora privilegia ius illud »venationis« nomine complectebantur. cf. Schöpflin Als. Dipl. n. 204.

f) Metalla iam Ottonum aetate regii iuris fuerunt. Eichhorn D. St. u. R. G. II, §. 297. Chonradus rex a. 1028 Heinricus a. 1073, Lotharius a. 1131 »venas quasdam et fossiones argenti in comitatu Bertholdi in pago Brisikkowe — sitas

aliisque inibi locis inventas et inveniendas, quicquid inde regum ius attingeret cum omni utilitate« Basileensi episcopo tradiderunt. et Heinricus a. 1050 abbati Fabariensi privilegium territorii »cum minoralibus, liquoribus (aquis calidis?) auri argentique rivis« proposuit. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 170. 182. 185. 211.

g) Iurisdicto municipalis episcopos ab immunitate ecclesiastica ad dominationem urbis, cuius adhuc rex particeps fuerat, perduxit. *Episcopo Curiensi* Otto I rex a. 959 »dimidiam partem ipsius civitatis cum tali districtione et iure, sicut hactenus ad regiam pertinebat potestatem, et sicut homines totius provinciae censuales et libere debitores sunt cum aedificiis in muro et assiduis vigiliis et custodiis intus et foris« et Otto II a. 976 »curtem regalem donavit, quam comes ipsius Adalbertus (supra X. n. 20) in beneficium loci obtinuit.« Ita episcopus comitatum civitatis ipsius habebat, et Chuonradus II rex, quum a. 1036 Curiensem ecclesiam »sub mundiburdio imperiali susciperet«, constitui sub episcopo »ipsam Curiensem civitatem cum tali districtione et iure sicut antiquitus ad regiam pertinebat potestatem« professus est. *Argentinensi episcopo* Otto II a. 982. 988 privilegium dedit »ne dux aut vicarius infra civitatem, que rustice Strazburg vocatur, alio nomine vel in suburbio placitum vel districtum habere presumat nisi ille quem episcopus eiusdem civitatis sibi advocatum elegerit.« Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XXII. XXXII. Schöpflin Als. Dipl. n. 158. 162. Würdtwein Nova subs. dipl. V, 341. Haec iura comitatus mox extra fines civitatis, cui episcopus praeerat, extendebantur. *Curiensi episcopo* Otto II a. 976 et Chuonradus II a. 1036 »vallem Pergalliae tradiderunt cum districtione banni antea ad comitatum pertinentis, ut omnes propter ecclesiastica servitia et census tantum ad placitum advocati, quem episcopus ad hoc opus elegerit, sicut mos est in aliis episcopiis regni, constringantur, et propter censualem terram liberorum et fiscalium et colonorum hominum ad ecclesiam pertinentem non in cuiuslibet ducis vel comitis placito nisi in advocati solummodo eiusdem ecclesiae placito deinceps constringantur.« *Basileensi episcopo* a. 1041 comitatus pagorum Ougestgowe et Sisgowe, et *Argentinensi* a. 1077 »comitatus situs in pago Brisgowe Bertolfo iam non duci iusto iudicio sublatus cum omnibus appendiciis legum« et a. 1081 »comitatus Harichingen in pago Brihsgowe situs cum omnibus appendiciis comitatus« donati sunt. Schöpflin Als. Dipl. n. 158. 224. Herrgott Geneal. gent. Habsburg. II, n. 175. 188. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XXXII.

h) Omnino enim iusticia banni pro feudi specie haberi coepit, quo ecclesia donaretur, et sicut in locum pagi advocatia territorii successit, ita pro comitatu dynastia quam vocant introducta est, et pro immunitate principatus. »Iudicia, iusticiam banni, bannum advocatiae« privilegiis tum inseri satis erat. Schöpflin Als. Dipl. n. 145. 160. Eichhorn Eisc. Cur. Cod. prob. n. XXIX. et quum »homo quidam liberae conditionis« a. 999 praedia sua S. Cyriaco in Altorff tradidisset, Otto rex »ius, fas et potestatem super totam villam cum banali cippo (Guérard Irminon I, 616.) addidit ac permisit, ut abbates scultetum suum super eandem villam constituant et advocatum ipsius villae concedant.« Schöpflin l. c. n. 176.

28. Ita in diplom. Corbeiensi a. 1176 apud Kindlinger Hörigkeit pag. 244.

29. Respicientes ad antiquitatem, postquam Karolus M. reipublicae normas iam a Hlothario II rege conditas imperio suo ac lege firmavit, duplex inter Alamannos ipsos genus libertatis videmus fuisse: »liberorum« ex Lege reform. cap. LXVIII. et »liberorum ecclesiae, quos colonos vocant« ex Lege reform. capp. IX. XXIII. Ambo ea re una inter se differebant, quod ecclesiastici sive »qui res suas vel semet-

ipsum ad ecclesiam tradiderunt et res suas post haec a pastore ecclesiae per beneficium susceperunt ad victualem necessitatem conquirendam« ex contractu »censum de illa terra sicut et coloni regis ad ecclesiam persolvebant«, Lex reform. capp. I. II. XXIII. Nam iuxta homines illos ingenuos ac statu liberos, pleno Alamannorum iure praeditos, ex letis Romanorum, quos barones de mino flidis lex Pacti vocavit, supra III, not. 37. 39, formatus ordo eorum est, quos Hlotharius II rex ac posteri nomine ab ipsis Romanis, supra III, not. 37., petito »colonos regis« dicebant. supra VIII, not. 6. IX, not. 21. isti »licet conditione viderentur ingenui, servi tamen terrae ipsius, cui nati sunt, existimabantur«, L. un. C. 11. 63. L. 3. C. Th. V, 4., ab iisque vectigal de capite sive annua »functio tam ex censu quam ex tributo vel alia qualibet re partibus palatii« reddebatur. supra X, not. 31. XI, not. 11. f. Savigny Zeitschr. VI, 292—297. Colonatu igitur per letos a Romanis ad Alamannos profecto, ac vectigali terrae causa imposito liber ecclesiae et colonus regis similes inter se effecti eodemque nomine dicti sunt. quin »plenam« etiam »legem phaath« (pactum) hic »sicut ceteri Alamanni« adipisci poterat, dummodo ecclesiae a rege commendatus colonatus ecclesiastici in eoque libertatis particeps fieret. supra XI, not. 31. Ex tali origine reipublicae Alamannorum incrementa libertas civilis et ecclesiastica, fundamenta rei municipalis, publicae denique salutis adversus feudalitatem restitutio ac bona spes exorta ac servata sunt. Et quamquam universitatis sub ecclesiae praesidio constitutae, extra urbes praecipue et abbatum ditioni subditae, compages ex iis, qui »ingenuiles« et »serviles« agros sive mansos colebant, cf. not. 7. ad Leg. Hlothar. cap. II. Guérard Irminon I, §. 316, mixta in unum ita coaluit, ut ministerialium ordo momenta civitatis superaret: tamen ingenui illi »minores persones« ac »panperini qui se ipsos defendere non possent qui dicebantur ur ver magon« (Monum. Legg. I, 34. lin. 35. quasi familiae expertes, ut postea sexcenties dicuntur »die arm lüt.« cf. not. 61. ad Pact. Alam. II, 37.) alieno aere et calamitate fere oppressi (cf. not. 7. ad Leg. Hlothar. cap. II.) in clientela ecclesiae recepti novae, quae postea sub speciali iure libertatem recuperaret, civitati vires addiderunt. Nam rari erant, qui civiliter statuliberi manerent sub advocatia Imperii constituti et a vasallagio soluti, in Helvetia nonnulli, ut Uranienses, Neugart C. D. A. n. 817. a. 972, Suitenses »in Suitz zu Kilchgas«, Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 195. a. 1114. Hartmann Ann. Heremi 203. Kurz und Weissenbach Beiträge zur gesch. etc. des Kantons Aargau I, 5. 6. Blumer Gesch. der Schweizer democratien I, 79., Turgovienses, Zellweger Appenzeller Urkundenbuch I[a], not. 54. 61. etc., Argovienses, »freyenampt«, Kurz und Weifsenbach l. c. I, 98. pauciores etiam in Alsatia atque in Suevia. Schöpflin Als. Dipl. n. 176. a. 999. Stälin II, 656. not. 3. Grimm RA. 330. 331. contendit: ***Man scheint hinreichend befugt, im X iahrhundert wenigstens die hälfte aller Deutschen landbewohner im durchschnitt unter die unfreien zu rechnen.***

30. Comites ea aetate de castellis nomen (Stälin I, 538. not. 2.) et posteri eorum genus sumebant. unum ex antiquissimis exemplis ***Chuono comes de Oeningen*** a. 965. Neugart C. D. A. n. 754. Alia huius rei exempla attulit Stälin I, 548—571. Eichhorn Episc. Curiens. in ind. cod. prob. pag. 195.

31. Monachi Augiae divitis villa fisci Podamici a Karolo Crasso sibi donata melius uti nescierunt, quam operarios et artifices et mercatores in illa collocando. Dümge Reg. Bad. pag. 98. n. 40.

32. Ita Adalheida regina c. a. 987 ***in loco, qui dicitur Salsa urbem decrevit fieri sub libertate Romana***, Odilon. epitaph. Adalh. 10. Monum. SS. IV, 641. n. 17, quae scilicet ***non dominationis sed tantum libertatis causa Romanae ecclesiae*** privilegiis uteretur. cf. infra XIII, not. 13.

33. Hegel Staedteverf. von Italien II, 417. Universitates palatinae praecipue Augustana (*Hiltibrant praefectus urbis* in docum. a. 1067. Monum. Boica XXXIII[a], 7.) et Turicina (Bluntschli Staats- und Rechtsgesch. der stadt und landschaft Zürich I, 140. Zeitschr. v. Wilda VII, 175. VIII, 319.) erant.
34. De dubia oppidorum Sueviae significatione, quae laudant Widukind I, 27. et ann. Aug. ad a. 937. Monum. SS. V, 429. I, 69., vide Stälin I, 537. not. 1. Attamen urbes, quae a Romanis originem ducebant, nomen civitatis retinebant. e. g. Argentoratum, Gregor. Turon. hist. Franc. X, 19. Trad. Wizenburg ed. Zeufs n. 10. a. 739. Privilegio regio iam antiquitus, Schannat hist. Wormat. II, n. 5. Schöpflin Als. Diplom. n. 98, mercatoribus praecipue vectigalium immunitas dari solebat. E. gr. *ministerialibus episcopi Argentin.* a. 831 a Hludowico imperatore: *Ut nullus de rebus navigio ..... erreno idest cum carris et saumariis per regna — homines eiusdem Strazburg. ecclesiae negotiandi gratia duxerint, ubicumque accessum habuerint, nullum teloneum aut ripaticum aut portaticum aut pontaticum aut salutaticum aut cespitaticum aut rotaticum aut cenaticum aut pastionem aut laudaticum aut trabaticum aut pulveraticum aut ullum occursum vel ullum censum — exactare audeat.* Schöpflin Als. dipl. n. 92. Idem ius datum est *hominibus ecclesiae Campidon.* a. 972, Neugart C. D. A. n. 816, *monasterio Einsidlensi* a. 972, Hartmann annal. Heremi 82, *monasterio Selz* a. 993, Schöpflin l. c. n. 172, *monasterio in villa Andilaha* a. 1004 l. c. n. 185, *monasterio Murbacensi* a. 1023. Schöpflin l. c. n. 193. cf. sugra XI, not. 11. f. XII, not. 27. a.
35. Dümge Reg. Bad. pag. 112. Simile ius valde antiquum videtur fuisse hominum ecclesiae Rinoviensis. cf. Erweit. Offn. v. Rynow a. 1515. §. 13. 14. in Schauberg Zeitschr. I, 163. Ita quum postea a. 1120 Chuonradus de Zeringen ius Friburgense constitueret: *mercatoribus*, inquit, *circumquaque convocatis quadam coniuratione id forum decrevi incipere et excolere*; et a. 1170 Otto de Richinbach quum homines suae ditionis S. Gallo donaret, *ius fori eos et omnem iusticiam liberorum negotiatorum habere sancivit.* Neugart C. D. A. n. 875.
36. Walter Corp. iur. Germ. III, 780. Eichhorn II, §. 267. Hegel Gesch. der staedteverf. v. Italien II, 424. n. 3.
37. Loco comitum advocati praecipue constituebantur. Bluntschli I, 135. Stälin II, 669.
38. Heinrici I capp. Confluent. et Erfordens. a. 922. 932. Ottonis I capp. Ingelheim. et Francofurt. a. 948. 951. Heinrici II cap. a. 1031, Chuonradi II leges feudales a. 1037, Heinrici IV constitutio pacis a. 1085. Monum Legg. II, 16—18. 25. 26. 38—39. 55—59. Quibus adnumeranda est constitutio pacis *multis saeculis inauditae* ab Heinrico III a. 1043 Constantiae promulgata. Neugart Episcop. Constant. 353.
39. Ottonis I edictum de iure repraesentionis ex Romana lege propositum (Witukind II, 10. Monum SS. III, 440.) ab antiqua Alamannorum consuetudine haud alienum ad Saxones praecipue spectabat. Heinrici II edictum hereditatem uxoris sine liberis mortuae intestatae marito deferendi commune omnium Alamannorum ius nunquam factum est. Chuonradi leges ad ius feudale spectant, cui propagando aut iudices aut civile ius vix quidquam valebant.
40. Berthold. ann. ad a. 1077. Monum. SS. V, 299.
41. Supra not. 38.
42. *Quas litteras Alemanni usque in praesens vriedebrief idest litteras pacis vocant, nec aliis legibus utuntur tanquam gens agrestis indomita.* Chron. Ursperg. ad a. 1187 edit. 1609, 230.
43. Filium Ruodolfi Perchtoldum, *cui iam parvulo adhuc ducatus Alemanniae a rege Heinrico delegatus est, dux Welfo cum nonnullis senioribus, qui ad eum*

pertinebant, assumptum Ulmae perduxerunt, eique se cum civibus iure solito subdiderunt, communique suffragio et laudamento dominum sibi et ducem nunc denuo confirmaverunt. Bernold. ann. ad a. 1079. Monum. SS. V, 319.

44. Perchtoldi sine liberis mortui hereditas ad sororis coniugem Bertholdum II de Zeringen pervenit (Stälin II, 283.), et hunc proculdubio ex antiqua Godofridi ducis progenie ortum (Stälin I, 552.) principes Alamanniae, qui ecclesiam contra schismaticos defenderent, *ducem totius Sueviae constituerunt. ipse nondum aliquem ducatum habuit, etsi iam dudum nomen ducis habere consueverit.* Bernoldi ann. ad a. 1092. Monum. SS. V, 454. cf. supra not. 12.

45. Wibald. epist. n. 384. apud Martène Collect. II, 557. Otto Frising gest. Frider. imp. I, 8.

46. Heinricus IV *commendat ducatum Alemanniae comiti Friderico.* Bernold. ann. l. c. Fridericus ille regnavit a. 1079—1105.

47. Cf. tabulam apud Stälin II, 4.

48. Ann. August. ad a. 1079. 1082. 1092. 1094. Monum. SS. III, 130. 134. Stälin II, 27.

49. Ita Bernoldus annalista ad a. 1094. Monum. SS. V, 458. at ille Welfi partes sequebatur et scriptor et miles.

50. Postquam Conventu Ulmensi 1093 definitum est, ut Gebehardo *Constantiensi episcopo omnimodis secundum statuta canonum obdiretur, et ut duci Berthaldo et comitibus secundum legem Alamannorum obsecundaretur* (Bernoldi ann. ad a. 1093. Monum. SS. V, 457.), diversa reipublicae causa concilia habita sunt Constantiae et Augustae et aliis locis. Stälin I, 32 33.

51. Ea aetate quum hominum animi, quo magis de vita ac pace desperabant, eo intentiori de divinis rebus bene merendi desiderio excitarentur, expeditio liberandae terrae sancta causa suscepta est, cui Alamannorum magna pars intererat. Ranke Reform. gesch. I, 28. Stälin II, 34.

52. Berthaldus exfestucati Alamanniae ducatus pretia recepit Turicinae urbis advocatiam imperialem. Stälin II, 335. ac ducatum Zeringensem, cuius partes erant Brisgovia, Silva nigra, castrum Deche cum appendiciis, ab Alamannia tum proculdubio separatum, postea Burgundiae Transiuranae (a. 1127. Stälin II, 287.) coniunctum. Neugart Episcop. Constant. 425. Stälin II, 646. not. 1.

XIII.

1. De nomine Sueviae cf. Stälin II, 639. not. 1. supra IV, not. 17. Duces Fridericus II a. 1105—1147, et Fridericus III a. 1147—1152, Heinricus II quem regem dicunt a. 1217—1235, Conradinus a. 1254—1268, suum quisque patrem filii sequebantur. Fridericus III, imperator huius nominis primus factus, Fridericum IV patruelem a. 1152—1167 ac mortuo eo Fridericum V filium a. 1167—1191 duces ac, dum pupillarem aetatem habebant, sub propria tutela constituit. Conradus II a. 1191—1196, Conradus III (consanguineus Heinrici ducis II) a. 1235—1254 Philippus, a. 1196—1208 ducatum tam gratia imperatoris, quam fratrum hereditate, Otto IV Welfus a. 1209—1212 matrimonio cum Philippi filia ac herede primogenita iuncto, Fridericus II a. 1212—1216 patrui sui hereditate susceperunt. Toties tamen dux ea aetate idem erat qui imperator, ut postea *ducatum Sueviae diu iam incorporatum imperio* esse contendi posset. docum. a. 1262 apud Gebauer Leben Richards pag. 387.

2. Suevia antiquos fines habebat. Stälin II, 647. not. 3. Ducatus Zeringensium tum Regnum Prisaugiae dicebatur. Conrad. monach. S. Blasii allegatus apud Stälin II, 664. not. 1.

3. Rhaetia ad Clavennam usque extendebatur. Salis Staatsgesch. des thals Veltlin IV, 59.
4. Stälin II, 34. 42. 90. 647. n. 1.
5. Ducatus Rotenburgensis dos uxoris Friderici I ducis in bona familiae Staufensis transiit ac filio secundigenito tribui solita inde a Friderico IV ducum Sueviae erat. Stälin II, 2. 238. 648. Saeculo XIII haec pars ducatus et ipsa Sueviae nomine comprehendi coepit. Stälin II, 116. not 1. 647. not. 4.
6. Germanici imperii quasi sacris initiatus Fridericus I dux eandem, qua ipse imbutus erat, religionem ad posteros transtulit. Otto Frising. Gesta Friderici I, 8. ac perfecerunt ii sane pro sua quisque parte, ne interirent sacra gentis suae.
7. Fridericus I Heinrico imperatori IV praecipue adversus Herimannum a. 1081 et contra Mathildam comitissam a. 1090 valida auxilia tulit. Heinrico V Fridericus dux II, praeterquam quod ex suo magis arbitrio episcopos provinciae suae constituit, (Stälin II, 491.) perpetuam fidem servavit. Otto Frising. Gesta Frid. I, 121. Stälin II, 45. not. 1. nec certum est, an particeps consilii in conventu Moguntino (Monum. Legg. II, 79) dati fuerit. Ita etiam Imperii vicarius a. 1116 provincias, penes quas *maxima vis regni esse noscebatur* (a Basilea usque ad Moguntiam) debellavit. ac iam Lothario regi electo publicae salutis causa propria regnandi desideria postposuerat, quum iniuriae impatiens ac spe pacis destitutus seditionis consilium cepit. Postquam reges Germanici ex ipsa ducum Sueviae familia prodierunt, eaedem fere Imperii ac ducatus tam utilitas quam calamitas erant, ut Suevi regiam partem fere semper sequerentur, et tam Ottonis, quam Philippi et Heinrici.
8. *Dux Fridericus II in cauda equi sui semper trahit castrum.* Otto Frising. Gesta Frider. I, 12. Fridericus imperator I cives in colonias Rhaetienses deduxit. Salis Staatsgesch. des thals Veltlin I, 120. De *novis suis civitatibus* loquitur Fridericus imperator II in lege curiae Sibidat. Monum. Legg. II, 291. Cf. Stälin II, 663. not. 2.
9. Cf. Friderici I imperatoris epistolas Alberto Frising. episc. missas. Monum. Legg. II, 99. 116.
10. Cf. Acta curiae Bisuntinae a. 1157 et Adriani papae litteras Augustam a. 1158 missas. Monum. Legg. II, 102. seq. Ut Philippus rex merito Germanorum libertatem perisse conquestus est, quibus pontifex Romanus regem constitueret, Registr. Innocent. III, n. 52. ed. Baluz. I, 710. ita de Suevia actum erat, ubi ducem principibus provinciae proponendi ius Alexander IV papa usurpare posset. Raynaldus II, ad a. 1255. §. 53.
11. Heinricus, quem Leonem dicunt, possessione sua imperatore inferior non erat habebat enim »40 urbes et 67 castella exceptis pluribus villis«, cum eodemque militum numero atque imperator expeditioni Italicae intererat. Robertus de Monte chron. ad a. 1182. Monum. SS. VI, 532. Otto Morena apud Muratori SS. VI, 979.
12. Nec Zeringensis ducatus nec partes eius postea separatae a Suevico duce pendebant nec principibus Zeringensibus auctoritate ducis unquam, ut cum imperatoribus communicarent aut iura sua exercerent, opus erat. Cuius rei multa exempla inveniuntur in regestis Zering. apud Stälin II, 317—350.
13. Praesidium imperiale ecclesia XII saeculo minoris aestimare coepit quam advocati auxilia et libertatem a Romano pontifice defensam. mundiburdium in advocatiam transiit, ad imperatore id tantum petebatur, ut quidquid regii iuris ecclesiae collatum erat, conservaretur. Episcopi aut adipiscendis aut confirmandis territorii iuribus privilegium imperiale impetrabant, ut Constantiensis a. 1155 seqq. Dümge Reg. Bad. 139. 149. qui iam principes sibi viderentur esse, ut Curiensis, Argentinensis, Augustanus, iis petito opus non fuit. Abbates quidem ut iura monasteriis, iurisdictionem, liberam eligendi abbatis et advocati facultatem, ministerialium ius singulare, libertatem

»in terminis, in emunitatibus, in mercatu saepius et moneta, in portu et thelonio« conservarent, imperatoris auctoritatem adibant, sed lucri eos magis quam praesidii causa imperiali privilegio usos esse videmus ex documentis

monast. S. Walpurgis a. 1138. Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 100.

monast. S. Blasii a. 1138 seqq. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 214. Dümge Reg. Bad. 38. Gerbert Hist. Silvae nigrae III, 132.

monast. Fabariensis a. 1138 seqq. Herrgott l. c. n. 233. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XLIV. LXX.

monast. S. Meginradi »quod dicitur Theutonice Einsidelon« a. 1139. Herrgott l. c. n. 218.

monast. Lucellensis a. 1139. Schöpflin Als. Dipl. n. 268.

monast. Selz a. 1139 seq. Schöpflin l. c. n. 267. 272. Dümge l. c. 41. 44. Würdtwein Monum. Palat. IV, 84. Mone Anzeiger 1837, 138.

monast. Elenwangen a. 1152. Khamm Hierarch. August. Part. I. cathedr. auct. I[b], 33.

monast. S. Cyriaci Sulzbergensis a. 1153. Herrgott l. c. n. 289.

monast. in Paterniaco a. 1153 seq. Schöpflin l. c. n. 290. 483.

monast. Creuzlingen a. 1162 seq. Tschudi Chron. Helv. I, 83. Böhmer Reg. Imperii 1198—1254, 5. n. 13.

Maurimonasterii a. 1163. Würdtwein l. c. X, 390.

eccl. Oningensis a. 1166. Gerbert De Rudolfo Suev. 164.

monast. Buchowa a. 1209. Böhmer l. c. 42. n. 51.

monast. Beronis a. 1217 seqq. Herrgott l. c. n. 274. 278.

monast. et ecclesiae in Turego a. 1218. Schöpflin l. c. n. 407. Arch. für Schweizer gesch. I, 91.

monast. Hohenburc a. 1224. Würdtwein l. c. XIII, 267.

monast. Murbacensis »pedagii causa« a. 1228. Schöpflin l. c. n. 453. 456.

monast. S. Trudperti a. 1235. Böhmer l. c. 164. n. 812.

monast. S. Georgii in Silva nigra a. 1245. Schöpflin l. c. n. 514.

Nova monasteria Staufensium aetate condita aut ecclesiasticam sub Romano pontifice libertatem aut Imperii clientelam elegerunt, eorumque plurimorum postea abbates, quia principatum adepti non sunt, illa uti quam hanc petere maluerunt. Quamquam enim privilegia imperator proposuerat

monast. Scafhusano a. 1120 seqq. Stälin II, 75. 78. 324. Neugart C. D. A. n. 887. II, 76. not. d.

monast. Laureacensi a. 1139 seqq. Stälin II, 103. 333. 712. Besold Docum. monast. rediv. Wirtemb. I, 449.

ecclesiae Dominici Sepulchri apud Denkendorff a. 1139 seqq. Schmidlin Gesch. des klosters Denkendorf 250. Stälin II, 733.

monast. Salem a. 1142 seqq. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 221. 287. Stälin II, 122. 279. 324. 328. 332. 335. Böhmer Reg. Imp. 1198—1254, 24. n. 99. Sartori Apiar. 42. 44. 51. 55.

cellae Tiezlenheim a. 1152. Gerbert Hist. Silvae nigrae III, 79.

monast. S. Vincentii a. 1152. Herrgott l. c. n. 228.

monast. S. Fidis in Slezistatt a. 1152. Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 160.

monast. S. Martini Winigartin a. 1155. Stälin II, 697. Böhmer Reg. Imp. 1198—1254, 4. n. 9. pag. 82. n. 134. Lünig Spicil. eccl. III, 750 (Reichsarchiv XVIII.)

cellae S. Martini in monte Turegico sitae a. 1158. Neugart C. D. A. n. 869.

XIII,13. *monast. Wigoldsbehr* a. 1161. Schöpflin Als. Dipl. n. 302.
monast. Hugeshoven a. 1162. Würdtwein l. c. X, 17.
monast. S. Thomae in Argentina a. 1163. Würdtwein l. c. X, 384.
monast. S. Petri in Ouwe (Augiae minori) a. 1164 seqq. Hugo Annal. Praemonstr. II, 149. Scheid Origg. Guelf. II, 632. Lünig Spicil eccl. III, 750. Stälin II, 728. Böhmer l. c. 217. n. 54.
monast. Montis Mariae a. 1169. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. LIV.
monast. Neoburgensi a. 1175 seqq. Schöpflin l. c. n. 317. Würdtwein l. c. X, 245. XIII, 238. 271.
monast. Vallis S. Mariae a. 1179 seqq. Schöpflin l. c. n. 327. Samarthani Gallia Christ. V, 1094.
monast. Rotha a. 1179 seqq. Stälin II, 331. Stadelhofer Hist. collegii Rothensis I, 128. 129.
conventui in Adelberg a. 1181 seqq. Stälin II, 341. 732.
monast. S. Mariae in Regisponte a. 1187 seq. Schöpflin l. c. n. 341. 406. 428. 439.
monast. Albae Dominorum a. 1193. Stälin II, 333. 716.
monast. Marthellensi in Ambra a. 1193. Hugo Ann. Praemonstr. II, 85. Stälin II, 731.
monast. Bebenhusen a. 1193 seqq. Stälin II, 342. 343. 719.
monast. Stivagiensi ad advocatiam Heleonis ecclesiae specialiter pertinenti a. 1198. Schöpflin l. c. n. 685.
monast. Scawenburg a. 1200. Schöpflin l. c. n. 367.
monast. Herbrechtingen a. 1206. Herrgott l. c. n. 258.
eccl. in Fiuchtinwangen a. 1209. Stieber Nachrichten von Onolzbach 360.
monast. Tennibach a. 1214 seq. Schöpflin Hist. Zar. Bad. I, 226. Marian Austria Sacra I[b], 303.
cellae omnium SS. in nigra silva a. 1218 seqq. Schöpflin l. c. n. 405. 450.
hospitali in Hagenowe a. 1218. Böhmer Reg. Imp. 1198—1254, 91. n. 219.
conventui Soreth a. 1227. Lünig Spicil. eccl. III, 413. Stälin II, 733.
monast. Wetthingen a. 1228 seq. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 285. Tschudi Chron Helv. I, 128. 130.
monast. Heggenbach a. 1233. Stälin II, 722. not. 2.
monast. in Valle S. Crucis a. 1234. Stälin II, 721. Böhmer l. c. 248. n. 335.
monast. Soflingen a. 1239. Stälin II, 226. 227. 742.
monast. Griez a. 1239. Monum Boica XXX[a], n. 762.
monast. S. Damiani in Ulma a. 1239. Böhmer l. c. 258. n. 13.
monast. Weiler a. 1240. Stälin II, 737. Besold. Docum. monast. rediv. Wirtemb. II, 77.
monast. in Orto florido quod nunc dicitur Baindt, a. 1241. Memminger Oberamt Ravensburg 1163.
hospitali S. Spiritus in Ulma a. 1243. Iäger Ulm I, 722.

inter ea tamen monasteria, quae non laicorum sed »bisantio« pontificis Romani clientelam agnoscerent, Chron. Petershus. I, 33. ed. Ussermanni 317, et »libertate monachorum« fruerentur, Cencius camerarius in libro censuum apud Muratorium Antiqq. Ital. diss. 69. V, 875. enumerat: »in episcopatu Constantiensi monast. Burense, cellam S. Petri, Wibelingense, Blaburra, Zueveltunense, eccl. S. Benedicti, S. Martini de Butro, S. Mariae in ripa fluminis Danubii, *de monte Anglorum, *in Augea parva, monast. Agnetis, *eccl. in Rota, monast. in Isnin, *in Wingart, *in Swarzwald

S. Georgii, *in Alpersbach, cellam S. Mariae, *monast. S. Blasii, *in Scafhusen, *in Mure, eccl. S. Martini in Winchat. in episcopatu Curiensi *monast. S. Marie in monte. in episcopatu Argentinensi *monast. SS. Philippi et Iacobi in silva sacra, *monialium in Andala, *Hugeshoven, *S. Gualpurgis de sacra silva.« (loci *notati iam imperiali privilegio defendebantur.) Interea ius regium ut episcopis ita nonnullis abbatibus dignitatem paravit, qua *principes Imperii* effecti, Homeyer System des lehnrechts §. 62. in Sachsensp. II[b], 547, immediatam Romanorum pontificum potestatem arcerent: abbati Fabariensi, cui a. 1138 libertas »in terminis, cum mineralibus, hominibus universis tam vasallis quam liberis in pagis aut vicis, cum consulatu et iudicio, ac denique quod respicit monetam, pondus, vectigal, mensuram, faedram idest foenum et paleas, portus, portatica, piscaria, bannum et mulctam itemque omnia causae sanguinariae damna et emolumenta« ab imperatore confirmata sunt, a. 1196. »in summo dignitatum apice constitutus collegio principum aggregatus«, Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. LXII, et Campidonensi abbati a. 1213 »comitatus Campidonensis cum omni iure et banno et honore ratione legalis feodi et honorabilis beneficii collatus est«. Neugart C. D. A. n. 900. Episcoporum dignitas principalis tum res ambigui iuris non erat. imo Curiensis a. 1170 »ab omni servitio curie et Imperii penitus absolutus« et Constantiensis adeo dominus terrae suae factus est, ut nemini »in pagello illo terram emere vel ullo modo sibi vindicare liceret sine permissione episcopi exceptis tributariis hominibus ex eodem pagello natis«, et ipse episcopus a. 1240 de re monetaria publicas ac privatas leges ferret. Herrgott l. c. n. 240. Dümge Reg. Bad. 139. Neugart C. D. A. n. 930. Ii etiam, qui Imperio magis quam S. Petro fidem servarent', admodum raro imperatorem adierunt, qui ius regium donationes ac praediorum commutationes sicut antea adprobandi, vel patronatum, ex quo beneficia ecclesiastica invicem coniungi vel separari poterant, exerceret. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. XLVI. Schöpflin Als. Dipl. n. 234. 265. 291. 325. 494. Herrgott l. c. n. 219. 220. 230. Neugart l. c. n. 871. Würdtwein Nova subs. dipl. V, 407. X, 157. Versuch einer urkundl. darst. Engelbergs 112. Iäger Ulm I, 735. Gerbert Hist. Silvae nigrae III, 76. Hugo Ann. Praemonstr. II, prob. 70. Hefs Monum. Guelf. 286. Dümge Reg. Bad. 46. 136. Stälin II, 336. Böhmer Reg. Imp. 1198—1254, 77. n. 86. pag. 88. n. 179. Praeter advocatiam ac ius feudale vel regale, qualis moneta et mercatus erat, et eas causas, quae adversus laicos Imperio subditos agerentur, Neugart C. D. A. n. 855. 914. 931. Monum. Legg. II, 304. Herrgott l. c. n. 220. Gerbert Cod. epist. Rud. 221. Böhmer l. c. 256. n. 8, post Friderici I aetatem, qua adhuc auctoritas Imperii valebat, Neugart l. c. n. 863. Herrgott l. c. n. 223. 227. 277. Schöpflin l. c. n. 286. 336, clerici ipsi non imperiali, sed arbitrorum aut ecclesiastico iudicio lites suas dirimebant, ac de decimis praecipue et iure »patronatus et presentacionis« quod utrumque fere semper inter se coniunctum ante omnia ecclesia a laicis adquirere studebat, Neugart l. c. n. 942. 947. 948. 968. 980. Wiener archiv für geographie, geschichte etc. X, 407. Herrgott l. c. n. 376. Schöpflin l. c. n. 538. Stälin II, 399. 424. 449. 498. 610. Lang Reg. Boica III, 59. Böhmer l. c. 152. n. 723. pag. 181. n. 957, inde a saec. XIII iudex saecularis cognoscere desiit. Neugart l. c. n. 893. 896. 898. 910. 912. 919. 928. 950. 954. 972. 981. 985. Marian Austria Sacra I[b], 295. Zapf Monum. aneed. I, 475. Eichhorn l. c. n. LXXXI. Schöpflin l. c. n. 291. 394. 421. 429. 553. 572. Hist. Zar. Bad. V, 227. Gudeni Sylloge diplom. 465. Böhmer Reg. Imp. 1198—1254, 22. n. 86. Stälin II, 364. Penes imperatorem omnino vix aliud quidquam esse putabatur quam leges ferendi aut promulgandi potestas, quae intra fines abbatiae a ministerialibus ceterisve dediticio loco positis observarentur, cf. infra not. 30. Schöpflin l. c. n. 297, et istae leges de »advocatia« praecipue sive

de officio, iure reditibusque advocati tractabant. cf. Stälin II, 689. 735. Schöpflin l. c. n. 576. Monum. Boica XXVIII[a], n. 492 (?), infra not. 31.

Advocatia enim tum non amplius principatum ex dominatione, qua scilicet iam episcopus et abbas ipsi praediti erant, c. gr. Monum. Boica XXX[a], n. 635. Lünig Spicil. eccl. III, 455. »sed solam iurisdictionem et districtum« ex reali iure continebat, infra not. 31. Homeyer System des lehnrechts §. 60. seqq. in Sachsensp. II[b], 528. et inter bona ecclesiae a principibus ecclesiasticis velut ius regale in feudum vasallo, ab eoque saepius curiae iure »subadvocato« et ab abbatibus ministeriali concedi coepit. Neugart C. D. A. n. 900. 913. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. LX. Schöpflin Als. Dipl. n. 475. 583. Monum. Boica XXVIII[a], n. 806. 810. 812. Schilter Glossar. 572. Stälin II, 272. Saepe una in complures partes divisa vel diversae unius ecclesiae advocatiae varias infeudandi et alienandi occasiones praebuerunt, Neugart l. c. n. 889. 903. 922. Schöpflin l. c. n. 475. 528. 544. 550. 551. 554. 558. 568. 588. Stälin II, 555. nam advocatiae nomine fines fori iudicialis eiusque reditus fiscales intelligi solebant, quae res cum terra, cui adhaeret, et »propriis hominibus« in commercio erat. Monum Boica XXXIII[a], n. 53. XXX[a], n. 60. Neugart C. D. A. n. 951. Eichhorn l. c. n. LVII. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 245. 386. 402. Schöpflin l. c. n. 507. Schannat Vind. liter. I, 207. Stälin II, 352. 443. 498. 501. 605. 638. 639. Hanselmann l. c. I, 404. 405. Lang Reg. Boica III, 245. 758. Honorius papa III itaque a. 1220 Argentinensem episcopum admonuit, ne »si quas ei advocatias de cetero vacare contigerit, ulli eas conferre presumeret, sed ecclesie sue usibus applicare cavens nihilominus, ne una ecclesia plures advocatos assumat, nec aliquem in advocatia succedere adoptionis iure permitteret.« Schöpflin Als. Dipl. n. 418. 419. Tum enim, si qua res ecclesiae donabatur, cui iurisdictio pertineret, donatio id praecipue continebat, ut donatariae ecclesiae »advocatia et iusticia banni, iura quae vulgariter twink et ban dicuntur« cederent. Neugart l. c. n. 907. 920. 941. 971. 988. 1000. 1003. Herrgott l. c. 364. 401. Schöpflin l. c. n. 392. 580. 581. 645. Kurz und Weissenbach Beitr. zur gesch. des kantons Aargau I, 17.

Inter advocatos autem et episcopos abbatesve controversiae et inimicitiae frequentes erant, ut clerici auxilia comitis provinciae vel eius, qui terrae dominus esset, implorare cogerentur, Herrgott l. c. n. 270. 274. 278. Schöpflin l. c. n. 656. Stälin II, 362. 363. 410, ac saepius conditio advocatiae esset, ne »potentiori concederetur vel omnino alienaretur.« Iam duces Sueviae aut advocatiae aut proprio iure privilegia ecclesiis et clientelae gratiam intra a. 1100 et 1267 conferebant, scilicet

monast. S. Petri in Ouwe. Lünig Specil. eccles. III, 751.
monast. S. Fidis in Slezstatt. Würdtwein Nova subs. dipl. VI, 286.
cellae Tiezlenheim. Gerbert Hist. Silvae nigrae III, 79.
monast. Salem. Stälin II, 151.
monast. Marthellensi. Hugo Annal. Praemonstr. II, 86.
eccl. S. Udalrici Augustae. Monum. Boica XXII, 223.
monast. Sirmenowe. Stälin II, 227. 228.
monast. Winigartin. Stälin l. c.

et donationes ecclesiae collatas vel permutationes privilegio ducali confirmabant, qualia documenta exstant apud Dümge Reg. Bad. 43. 45. Gerbert Hist. Silvae nigrae III, 77. Würdtwein l. c. X, 87. 107. Stälin II, 122. 132. 278. 279. Tum enim is mos vigere coepit, ut dux vel comes ceterique nobiles aut singulas ministerialium alienationes adprobarent, aut eas ecclesias enumerarent, quibus ministeriales sine auctoritate domini praedia ministerii conferre possent. Mox vero ii praesertim Helvetiae abbates, quorum monasteria in territorio comitum potentia sua insignium sita

erant, principis praesidium aut solum petebant aut imperiali privilegio, quo praecipue post a. 1240 vix securos se esse crederent, addiderunt. Ita Habsburgenses comites libertatem ecclesiasticam se defensuros esse promiserunt

monast. S. Trutperti a. 1186 seq. Herrgott l. c. n. 247. 335.
monast. Capelle a. 1234 seqq. Neugart l. c. n. 939. Herrgott l. c. n. 299. 304.
monast. Montis Angelorum a. 1240. Herrgott l. c. n. 317.
monast. Thoese a. 1243. Herrgott l. c. n. 331.
monast. Vallis S. Catharinae a. 1255. Herrgott l. c. n. 391.
»dem gotz hus ze Werde« a. 1265 seqq. Neugart l. c. n. 991. Herrgott l. c. n. 476.
monast. Wetthingen a. 1267. Schöpflin l. c. n. 642.

comites palatini de Tuwingen inde ab a. 1231 »curiam monast. Marthellensis in Ambra iugiter se defensuros promiserunt et omne ius, quod in monasterio isto habuerint, in episcopum Constantiensem transtulerunt.« Stälin l. c. 446. 448. comes de Raprechtswil monast. Wesin a. 1259. Herrgott l. c. n. 435. nobilis de Regensperc monast. in Ruti a. 1219. Neugart l. c. n. 905. comes de Fürstenberg cum eiusque consensu cives oppidi Villingen hospitali S. Iohannis Bapt. in Villingen a. 1257. Neugart l. c. n. 960. 961.

Comitatus enim ea aetate in principatum transiit, et verbo »dominii ac territorii racione dominationis«, landeshoheit, ii qui iamdudum »terrae principes« fuerant (Monum. Legg. II, 59. lin. 4.) in Alamannia post Friderici II mortem c. a. 1260 uti coeperunt. Eadem aetate comites ut »principes Imperii« pro se ipsi et propria auctoritate territoriale ius ita exercere coeperunt, ut non immunitatis solum privilegia, sed quae iura ex honore suo habuerant, aliis exercenda, iurisdictionem praecipue, conferrent. Nam quum a. 1196 adhuc imperator immunes a vectigalibus comiti provinciae inferendis fecisset, Schöpflin Als. Dipl. n. 360. 361, a. 1236 lantgravius Alsatiae ipse villam quandam ecclesiae Novi Castri donatam »ab omni exactione lantgravie liberam et absolutam constituit«, et a. 1255 »feudum marscalci in Hagenowe« ministeriali contulit. Schöpflin l. c. n. 484. Laguille Hist. de l'Alsace. Preuves 37. Comes de Froburc a. 1206. monachos S. Urbani »per terminos sue potestatis et iudicii sine omni naulo et teloneatura et omnibus, que ab aliis transeuntibus exiguntur« commeare permisit, iidemque comites a. 1254. 1259 et seqq. hos monachos »ab omnibus exactionibus, secundum quod alii homines solvunt, libere exemerunt atque absolverunt.« Herrgott l. c. n. 259. 385. 438. 459. 485. Comes de Raprechwile a. 1233 monast. Rutinense »ab omni genere exactionis, sture videlicet et census, vectigalis et thelonei et generalis vigilie vel custodie excepta ea, que tempore belli arcius fieri solet« exemit. Herrgott l. c. n. 298. Comitissa de Friburc a. 1237 »curiam in area monachorum de Tennibach prope Friburgum sitam ab omni censu immunem declaravit.« Schöpflin Hist. Zaringo Bad. V, 201. Comes Kiburgensis a. 1240 monachis S. Georgii in Steine »liberum transitum cum equis, carradis et frumento per terras suas concessit sine omni prorsus telonario et alia quavis exactione, que alias a transeuntibus exigi solebat«, et a. 1242 eos immunes a pedagio constituit. Herrgott l. c. n. 316. 327. Comes Laufenbergensis a. 1248 hospitale S. Iohannis in Bubinkon immune constituit »a persolutione telonei, stipendii, collecte, vigiliarum vel cuiuscunque exactionis.« Herrgott l. c. n. 351. Marchio de Baden a. 1251 »bona et homines monasterii de Albo liberos dimisit a thelonei peticione omnique vexatione seu exactione in omnibus civitatibus vel villis sub suo dominio sive districtu sitis.« et a. 1265 »bona in villis suis Otenkeim et Bukensheim hactenus possessa ab eisdem monachis mera donavit libertate«. Stälin II, 347. Bader Markgraf Rudolf der erste 55. Comes palatinus de Tuwingen a. 1260 »curiam cellarii

sitam in Münchingen ab omni servitute exemit«, et a. 1268 »ecclesiae in Sindelvingen sex marcarum reditus, quas illi de possessionibus suis assignare promiserat, in locis Šindelvingen, Tweringen, Oendingen adscripsit.« Stälin II, 449. 451. Nobilis de Regensperg a. 1260 »domum, quam ecclesia Rütinensis comparaverat in Groningen, ab omni genere exactionis, sture et census, vectigalis et thelonii et generalis vigilie vel custodie liberam assignavit.« Neugart l. c. n. 975. Comes de Wirtenberg a. 1262 monast. in Adelberg »liberum transitum curribus, carratis et iumentis per municipium suum Schorndorf ac per omnes terminos dominii sui concessit.« et a. 1263 »vineas monast. Sirmenowe a precaria etc. immunes esse voluit.« Crusius Ann. Suev. III, 104. Stälin II, 500. Comes Habsburgensis a. 1265 monasterium in Wesin immune a vectigali fore edixit. Herrgott l. c. n. 473. Nobilis de Hohenloch claustrum Vallis gratiae a. 1266 »a telonio in municionibus vel aliis locis, que sunt sub suo regimine«, Hanselmann Landeshoheit I, 420. et comes de Helfenstein a. 1268 abbatem in Kaishaim »in toto suo territorio seu dominio« immunem a teloneo vini constituit. Stälin II, 399. Quin etiam ius patronatus aliquoties et mundiburdium speciale, quo praedia ecclesiae donata confirmarentur, comites exercuisse, Hugo Annal. Praemonstr. II, prob. 250. Herrgott l. c. n. 268. 295. 315. 332. 347. 384. 453. 454. 469. 476. 482. 488. 489. Stälin II, 700, et lites clericorum haud semel coram comite provinciae (ab iisque distinguo causas in iudicio ducis vel »iusticiarii curie imperialis« actas. cf. infra XIV, not. 54. Schöpflin l. c. n. 474. Stälin II, 151.) disceptatas esse observamus. Herrgott l. c. n. 272. 283. 318. Schöpflin l. c. 389.

14. Friderico imperatori Welfus dux VI a. 1167. bona sua mortis causa in solutum mutui dedit. Otto de S. Blasio chron. 21. Muratori SS. R. Ital. VI, 880.
15. Anno 1218. Stälin II, 299.
16. Eichhorn D. St. u. R. G. II, §. 252.
17. Stälin II, 233. not. 1.
18. Exempla attulit Loeher Fürsten und städte zur zeit der Hohenstaufen 32. seq.
19. Iam Fridericus I, municipiorum defensor et auctor, cuius »beneficiis iura civilia in summum provecta, firmata ac moribus utentium adprobata« vigebant, constitutione Roncal. a. 1158 non Italis solum legem »adversus conventiculas et coniurationes civitatum« proposuit. Monum. Legg. II, 111. 112. Fridericus II a. 1214 ius municipum Argentinensium paucis ante annis auctum, Schöpflin Als. Dipl. n. 386, delevit fere, quum »nullum in civitate Argentinensi consilium instituere vel aliquod habere temporale iudicium permitteret nisi de consensu episcopi et eius concessione, quod nullus hominum terras, que vulgo nuncupantur almende (quae sunt bona publica municipii), habere debeat vel sibi ex eisdem aliquid vendicare nisi de manu episcopi, qui ipsas terras ab Imperio et de manu imperiali se tenere recognoscat.« Schöpflin l. c. n. 395.
20. Imperator enim sicut ante a. 1218 municipia privilegiis ornare non desiit, ita superatis calamitatibus post a. 1232 nihil antiquius habuit, quam ut principum iniurias a civitatibus repelleret, et constitutione a. 1235 Moguntiae promulgata id effecit, ut iura principatus ad officii et magistratuum similitudinem redirent et municipalis libertas quatenus pax publica salva foret (§. 6—9. Monum. Legg. II, 315.), in integrum restitueretur. De Argentina civitate cf. Schöpflin Als. Dipl. n. 480. 533.
21. Id pretium venditae Heinrico a principibus ecclesiasticis coronae erat a. 1220. Monum. Legg. II, 236. Hontheim Hist. Trevir dipl. V, 21. quae privilegia a. 1234 (1233?) confirmata sunt. Würdtwein Nova subs. dipl. IV, 405. Vix inter Alamannicas urbes alia fuit, cuius res publica mobili imperatoris animo magis afficeretur,

quam Argentina civitas. Cf. Schöpflin Als. Dipl. n. 432. 436. Wencker Appar. archiv. 162.

22. Annis 1218 et 1220. Monum. Legg. II, 229. 237.

23. Quum optimates ab Heinrico imperatoris filio ac vicario spem summae dominationis, Heinricus ab optimatibus auxilia defectionis et regnum contra patrem usurpandi oportunitatem sumerent, detestabile initum ab utrisque foedus est, quo quidquid boni aut validi intra fines Germanorum erat, exitio traderetur. Multae enim leges opprimendis municipiis intra a. 1220—1231, Monum. Leg. II, 248—250. 252. 254. 257. 279—284, ab Heinrico ad conciliandos sibi optimatium animos editae sunt.

24. Constitutionibus Ravennae a. 1232 editis, Mon. Legg. II, 286, imperator ius municipii in urbibus episcoporum delevit: mox a principibus Imperii coactus filii leges pro optimatibus aurea quam vocant bulla Wormatiensi propositas in curia Sibidatensi, Mon. Legg. II, 291, fere omnes confirmavit.

25. Huius rei insigne monumentum vetustissima lex municipii Friburgensis a. 1120 est, cuius exemplo postea permultis aliis urbibus iura condita sunt. Cf. append. III.

26. Ita in Friburgensi statuto not. 25 allegato Conradus dux Zeringensis: *unicuique* inquit *mercatori haream in constituto foro domus in proprium ius aedificandas distribui.* Fridericus II a. 1218 »sententiam per principes et magnates imperii latam«, ut ubicunque imperator »per cirothecam forum anuale vel septimanale contulerit«, provinciali iudicio sola furti aut atrociora crimina pertinerent, promulgavit. Id initium privilegii »de non evocando« primo episcopalibus urbibus concessi fuit. cf. Obrecht Prodr. Rer. Alsat. 296.

27. Eichhorn D. St. u. R. G. II, 571. not. 6.

28. Universitas municipii ea aetate iam ecclesiae et fisci regii homines et ingenuos complecti coepit. De advenis »phalburgere« dubitatio manebat, licet imperiali lege inter cives recipi vetarentur. Conc. Mogunt. a. 1255 Monum. Legg. II, 371.

29. Hi *sinodales homines, sentbar mannen,* vocantur in Const. Sibidat. a. 1232. Francof. a. 1234. Mogunt. a. 1235. Speculum Suevicum nomen eorum mutavit in *sempervrie.* Lünig Thesaurus iuris der grafen (Reichsarchiv XXVII.) 214. Wachter Glossar. s. h. v. Müller Schweizergesch. II. kap. 5. not. 201, kap. 6. not. 158. Eichhorn D. St. u. R. G. II, §. 340. Nam auctor libri illius tres ordines ingenuorum distinguit, eosque ut ita dicam feudi factione differre proponit, alios qui beneficia et darent et acciperent, *sempervrie,* alios qui caperent tantum, »liberos generis militaris«, *mittelvrie* fortasse quia similes auctori mediis Alamannis videbantur, ceteros omnes statuliberos, »liberos rusticos« *vrie landsazzen.* Sed quum inter primos illos comites enumerandi essent et quicunque principes terrae erant, supra not. 13. Pütter Histor. entwicklung der D. staatsverf. I, 267, ambigua significatio fuit, et speculator modo principes a sinodalibus, modo vasallos a ministerialibus discernere coactus est. nam iura clipei militaris alia erant quam status civilis nascendo partus, et iam a. 1085 ministeriales de capite suo inter servos, de officio militari inter statuliberos computati sunt. Monum. Legg. II, 58. cf. infra not. 30. Distinctio speculi igitur ex feudali iure desumta erat et recepta eo tempore, quo auctor speculi Suevici scripsit. Hoc demonstratur ex documento, quod de causa inter abbatem Fabariensem et Heinricum de Wildenberg monasterii advocatum »uf den sunderleuten der spitaler, kerzer, kamerer und amptleuthe« acta a. 1299, scriptum exstat apud Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. LXXXIX. ibi enim haec leguntur: »wir — schideleute hand umbe Iochanesen von Vilters und sein geschlächte — bey dem eide erteilet, *das alle spitaler, kerzer, kamerer und amtleute, swer die sind, swa die sind, einem abbt sonderlich horend an und sund ze räht im dienen.* So han wir — um Iohansen von Vilters

und sein geschlacht, die spitaler und kerzer sint, — bey dem eid ertheilt: *mac der vorgenant vogget mit zweyen sempermanen ohn versprochenen, die über eigen und über lechen sprechen mund und sunt, den er gepiethen nit enmac, das syn hant sy diu drite, bezügen und behan, das der vorgenant Iohannes und seyn geschlächte mit abbet Cunrats willen, der nu ist, mit einem recht enscheide: würdind der vorgenanten voggete ze voggetlüten geschikt und gescheiden ze dienende ihm als ander seine voggetleute, dieweil der vorgenante abbet Cunrad lebet und fürbas nit: des soll der vogget geniefsen.* Darnach han wir — schideleute ertheilet bey dem eidte — umb Cunzen den banwarten, um Ulrichen den bruder seyn: *mac der forgenante vogget erzugen und behan mit zweyen semperenmannen unversprochen, die sprechen münd und sond über eigen und über lechen der er gebieten nitd enmac, das sin hand diu drite sey, do die vorgenanten gebrudere — mit eines abates und seines conventes willen, die do warend, und mit eines voggetes gunst, der do vogget was, wurdend mit einem rechten und redlichen wechsel in des vorgenanten voggetes voggetai ze voggetleuten gegeben: des soll der vogget geniessen.«* Alia duo exempla, quibus vocis sensus, qui tum fuerit, explicetur, vere pretiosa doctrinae ac paternae quam de me habet curae Iacobi Grimm debeo. alterum ex saec. XII legitur Rolandslied ed. Wilh. Grimm 307, 15: »*der Kaiser gesaz an das gerichte, Do erteilten im die sentphlichte,* Daz rich scolte werden gerainet — Di fürsten sprachen alle bi ainem munde« etc., alterum saeculi XIII exeuntis legitur inter versus poetae Helbling in Haupts Zeitschrift IV, 472: »Hie ze lant in Osterich Nimmt sich gar ze maneger an, Daz er si *ein dienstman, Und hat doch einen riter nicht, Darzu in niemen lihen siht Sentmäzigen liuten lehen.«* Haec documenta omnia voce »sentbar« et »semper« eos dictos qui ipsi ingenui ingenuis feuda ac iudicia dare et statu liberos generis militaris ministeriales circa se colligere possent, itaque feudalitatem nomini coniunctam fuisse satis declarant. Praeterea nomini sinodalium apud Alamannos praecipue status eorum, qui »liberi ecclesiae« fuerant, supra XII not. 29, respondebat ita ut voci sensus naturalis inderetur, quo homines »ex antiqua prosapia in utraque parentum linea liberi« (a. 1148. Scheidt Vom hohen und niedern adel. Praef. ad mantissam docum. 32.) ministeriis ac servitio soluti et antiquitus ingenui, non »libertini, mittelvrie« inter quos iam tum ministeriales fuerant, significantur. Hoc docent documenta nonnulla Sangallensia, unum a. 1382, ex quo abbas Sangallensis ius ducebat »dass er von allen personen, die nit semper sint noch burgrecht nit hand und ze S. Gallen sässhafft sint, mit welchen rechten si dem gottzhuss zugehörend, nit nemmen soll, denn sin ersts lebend houpt.« aliud a. 1388 scriptum, quum Glaronenses cum Austriacis de principatu controversias agerent atque officiales Austriae poscerent: »dass die von Glarus die herrschaft Oesterrich für ir rechte natürliche herrschaft halten und erkennen, nimand ussgenommen, er habe dann burglechen schiltlechen und hoflechen, oder es sigend semperlüte, und der herrschaft Oesterrich mit allen dingen ze dienen als libeigene lüt iren herren dienen söllind — dass ouch dieselben, so burglechen, schiltlechen oder hoflechen habend, desgleichen die semperlüt alle, die von alter har S. Fridlis gewesen und an das gottzhufs Seckingen iewelten gehört und bishar mit fällen, tagwan, fassnachthünern, gelouffen und erbschafften unverpflicht und frye gottzhufslüt gewesen, nun fürhin zu ewigen ziten der herrschaft Oesterrich mit allen vorgemeldten sachen dienen und pflichtig sin sollend.« ad quae respondentes Glaronenses ducem Austriae non principem sed advocatum Secconiensem agnituros se esse professi de iure suo petierunt: »dass man die iren gnedigklich welti lassen beliben bi ihr fryheit wie das von alter harkom-

men und von iewelt gebrucht, es werind burglechner, schiltlechner, hoflechner oder semperlüt.« Tschudi Chron. Helv. I. 505. 543. 544. Nam Hludowicus rex Sangallensibus a. 911 privilegium proposuisse dicitur: »alle die sich selber dem gotzhufs stürbar oder zinsbar machind sy haben es vor geton oder tugen es noch oder sust ire gut daran gebend, söllend zu ewigen zytten ufs crafft diser unsrer satzung und gabung in unser beschirmung genömen sin und empfangen werden.« Zellweger Appenzeller Urkundenbuch I[a], n. 25. Itaque plane declarari potest, cur speculator ius feudale cum statu libertatis coniunxerit. praesertim in Suevia ingenui fere omnes genus militare habebant, et personalis libertas in dignitatem militum transiit. cf. Petri de Vin. Epist. I, 30. ibi saeculo XII laudantur: »miles libere conditionis, miles unus de nobilioribus liberis Suevie, vir nobilis ac ex antiqua prosapia in utraque parentum linea liber, viri ac pueri nobiles.« Stälin II, 535—537. 554. 558. 559. 579. 584. Hanselmann Landeshoheit I, 415. II, 216. 578. Wibel Kirchen und reform. gesch. von Hohenlohe III. urk. 41. IV. urk. 8. atque ipsa verba »liberi homines, liberae conditionis homo«, quem Helvetii dicere solebant »ain fry«, Stälin II, 537. Hanselmann l. c. I, 371, nihil aliud quam »militum« nobilitatem continebant, qua ministeriales aulae imperialis prediti fuerant. cf. Hanselmann l. c. I, 409. Stälin II, 594 seqq. Isti autem re vera, licet principes Imperii non fuissent, vasallos tamen sive liberos ministeriales circa se colligere poterant, sicut a. 1243 »Conradus de Smalnecke pincerna ducatus Sueviae se vasallum nobilis viri domini Gothfridi de Hohinloch et infeudatum de proprietate ville Ingeltingen« professus est. Hanselmann l. c. II, 216. Ita postea comes et dominus Limburgi »S. R. I. pincerna hereditarius et semper liber«, comes de Leiningen »semperfrei de Westerburg«, comes Schaffgotsch a. 1627 »semperfrei« in Silesia dicebantur. Lünig Thesaurus iuris der grafen (Reichsarchiv XXVII) 350. 361. 401. Moser Staatsrecht XXXVII, 361. Ii tamen, qui apud Helvetios »sunderlüte« dicebantur, Zellweger l. c. n. 42, ingenui non erant, iidemque inter »censuales« S. Galli c. a. 1268, Trad. Sangall. 497, et in docum. Fabariensi a. 1299 supra allegato inter ministeriales »homines proprios« enumerantur, cf. infra not. 30. XV. not. 1.

30. *Cum bona concedit dominus suis ministerialibus, homo suscipit non per hominium, sed secundum ius curiae.* Vetus auctor de benef. I, 130. Cf. Ed. Heinrici a. 1192. Monum. Legg. II, 194. Status ministerialis inprimis ecclesiastico iure conditus, quae praecipue pars universitatis hominum ecclesiae fuit, antiquitus eodem quo statuliberorum res publica fundamento nitebatur, quae coheredum, »genossen«, societas et connubium et marca sive »bona inarvalia« erant. cf. supra I not. 4. III not. 3. Inter eos enim, qui »liberi ecclesiae« fuerant et qui »servi vel lidi vel coloni vel qui dicebantur fiscales vel censuales«, Schöpflin Als. Dipl. n. 146. cf. supra XII not. 29, patronatu ecclesiae commune universitatis vinculum iunctum, et ministerialium honore status civilis conditus est, cui adscribi dignitatis argumentum tam ingenuis quam libertinis vel colonis fuit. Civitatis illius ecclesiasticae ius ex iis, quae supra XII, not. 27. a. fin. laudavi, initiis prodisse putaverim, et ius Augiense, quod privilegii loco habebatur, in documento fictitio quidem, sed reipublicae saeculi XII, quo confectum est, consentaneo, Monum. Boica XXXI[a], n. 3. de »optimo iure militarium vel alio nomine ministerialium, quo Fuldenses et Augienses potiuntur«. intelligitur, et »militibus, ministris quoque et familiae sanctuariae tamquam lex concedi solebat, quam liberae abbatiae, quae secundum Deum diligentius ordinatae sunt, habebant, ut tanto fideliores prelatis suis per omnia servirent.« Mox ministerialium ordini leges propriae aut a rege aut ab episcopo vel abbate constitutae sunt: Wizemburgensibus a. 965. 1102. 1109, Muorbacensibus a. 977, Steinensibus a. 1005, Argentinensibus episcopi a. 1070 et S. Thomae a. 1156. 1196, Andlaviensibus exeunte

saec. XI, Murensibus a. 1114, Englobergensibus a. 1124, Einsidelonensibus a. 1139, Mariaemontanis a. 1150, Maurimonasteriensibus a. 1240, et c. a. 1060 ipse codex iuris Argentinensis confectus est. Schöpflin Als. Dipl. 146. 160. 221. 231. 232. 240. 275. 357. Neugart C. D. A. n. 818. Herrgott Geneal. gent. Habsb. II, n. 193. 201. 218. Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 183. Neugart Episcop. Cur. Cod. prob. n. XLV. supra XII. not. 36. infra XIV. not. 19. »Sub quolibet enim episcopo et abbate et abbatissa ministeriales ius singulare habere« scribit Vetus auctor de beneficiis l. c. Ministeriales monasterii in Meginradescella Heinricus IV a. 1064 »idem ius habere voluit, quod Sangallenses«, Hartmann Ann. Heremi 139, et Augustanus quidam »ius ministerialium illius ecclesiae se conquisivisse« profitetur. Monum. Boica XXXIII«, n. 40. et »lex ministerialium Curiensium« a. 1150 pro exemplo iuris Mariaemontanis condendi proposita est. Eichhorn Episcop. Cur. l. c.

Erat sane iam X saeculo dignitas ac honor in isto ministerialium statu, nam »comitatus ministerialium cum abbate equitabat« et ius exercebat, et ecclesiasticam cum advocato curiam formabat, Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. LVII. LXVIII. Schöpflin Als. Dipl. n. 576. infra XVI. not. 1, ex eoque solo qui munera caperent eligi solebant. Municipes isti mox altiori quam ceteri loco ponebantur, ut legimus in docum. illo Fabariensi a. 1299 supra not. 29. allegato: »sunderleute der kamerer und amptleuthe, die einem abbt sunderlich horend an und sund ze räht (?) im dienen«. Iam a. 983 in chronico Petrishus. I, 27. 30. ed. Ussermanni 31. 32. Gebehardus episcopus Constantiensis monasterium Petrishusen condidisse traditur ac multis beneficiis donasse, »nisi quod de ministerialibus suis qui ditiores et potentiores erant noluit illuc tradere, reputans prudenter, ne forte tenui loco detrimento potius essent quam supplemento«. alius quidam autem »pauperiores plures monasterio contulisse fertur, quibus omnibus hoc ius constituisset, ut cum abbate equitarent eique domi forisque ministrarent«. Tum »ministeriales qui abbati fratribusque cottidiano servitio assistunt«, praecipuo »familiaritatis« privilegio quod iam lex Romana Curiensis sive Utinensis cognoscit, fruebantur, Herrgott Gen. gent. Habsb. n. 218. ex eorumque dignitate familiae nobilitas in municipiis ecclesiasticis atque abbatum territoriis oriebatur.

Ministeriales interea, quo proprius territoriali regno principes ipsi accesserunt, eo magis vasallis similes effecti magis feudali quam curiae iure tenebantur. Nam ubi primum dignitas principum terrae a vasallagio separata est, cum ministerialibus paulatim vasalli ubique privilegio nobilitatis coniungebantur, »cuius nomen et caracterem omnes milites habebant, etsi non essent militaribus insignis decorati, dummodo civiliter sive legitime de militari prosapia descenderent.« Neugart C. D. A. n. 957. cf. Stälin II, 657. not. 2. Bluntschli Gesch. des Schweizer bundesrechts 99. Itaque altiori dignitate ii uti videbantur, quos nobilis quidam a. 1258 »ministerialibus ecclesiae Augustanae et ceterorum ministerialium consortiis adunavit«, quam ceteri a nobili illo ecclesiae traditi, qui censuales fuerant nec »ministerialium nomine fungebantur«. Monum. Boica XXXIII«, n. 86. Praeterea »imperialis aula« homines antiquitus ingenuos et ministeriales in eundem ordinem »ministerialium regis«, ut princernas, marscallos, dapiferos collegit, Stälin II. §. 34—38 et pag. 658, et si Fridericus I a. 1167 »ministerialem quendam suum nobilem S. Gallo in ministerialem potestativa manu tradidit«, Neugart C. D. A. n. 874, ecclesiastici certo quorum in numero vel comites reciperentur, Schöpflin Als. Dipl. n. 583, ab imperialibus vix dignitate, ac soli »ignobiles« sive »homines rustice conditionis« a ceteris nobilibus omnibus sive »hominibus militaris conditionis« differebant. Frider. I const. a. 1156. cap. 9. Monum. Legg. II, 103. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. LVII. Stälin II, 553.

Hanselmann Landeshoheit von Hohenlohe 397. Nam in oblivionem transiit status libertatis, quo usque ad a. 1223 ministerialium ordo dividebatur. Neugart l. c. n. 873. 875. 910. Monum. Boica XXXIII«, n. 31. Stälin II, 535.

31. *Homines advocati* in constit. Sibidat. Monum. Legg. II, 201. quicunque capitis aut bonorum respectu iudiciis a domino ecclesiae institutis, ac praecipue ministerialium subiecti erant. Eichhorn D. St. u. R. G. II, §. 368. Tali loco, »gotzhufslüt«, maior Helvetiorum pars collocata erat, quum vix ulla re, qui »liberi ecclesiae« fuerant a ceteris qui agros serviles colebant, differrent. supra XII. not. 29. At de rebus gestis eorum, quid iusti in iis fuerit, quum comitibus et advocatis Austriacis bella intulerint, infra XV. not. 29, iudicari nequit, nisi ecclesiae advocatiam a potestate eorum, qui comitatum in advocatiam ac principatum mutaverint, prorsus diversam esse intellexerimus. Advocati ecclesiastici vel vicedomini, ut tutores, auctoritatem pro clericis in re saeculari interponebant, et episcopus »per advocatum suum iusticiam faciebat«. huic officio, quod mox eorum qui ecclesias condiderant familiae bonum hereditarium esse solebat, Neugart C. D. A. n. 914. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. LVII, iura principatus non inerant. Sed defensio ecclesiae ex principatu aut dominio derivabatur, rex vel dominus eam exercebat et rex comiti delegabat. Eichhorn D. St. u. R. G. I, §. 188. Advocatia principalis desiit, quum immunitas ecclesiae in imperium verteretur (supra not. 13. Eichhorn II, §. 324.). altera tamen, quae vicedomini (qui est »legitimus advocatus quod dicitur kastvogte«. Hottinger Histor. eccles. Thur. VIII, 60. Stälin II, 335.) officia erant, quum iudicia contineret, principatui similis facta ac saepe, si principes eam adipiscerentur, exaequata est. Helvetii igitur pro libertate sua dimicabant, ne comitum iura aut ecclesiae advocatia in principatum mutarentur. advocatos ipsos, quamvis idem saepe hostis esset a quo regnum immineret, agnoscebant, nec quae deberent iis negabant. Is hostis iudicatus est, qui loco comitatus »ius territoriale« introduceret, quo sane fato magis quam cupiditate principes trahebantur. ac difficile dictu est, uter iniustius egerit, is qui antiquata fere iura, an qui rem novam natura et usu factam defendat. tali ex discrimine maxima quaeque nasci solent.

XIV.

1. Haec regula ab antiquissimis temporibus observata, supra VII. not. 1. 11. IX. not. 1. 10. X, not. 27, Heinrici regis denuo atque Friderici II legibus sancita est. Curia Wormat. a. 1231. Sibidat. a. 1232. Francofurt. a. 1234. Mogunt. a. 1235. c. 4. Monum. Legg. II, 283. 291. 301. 314. Heinricus VII, a. 1310. huiusmodi legislatione se *via regia incedere* professus est. Tschudi Chron. Helv. I, 253. Cohaeret cum ea privilegium fori originis quod rei laudant, »schwäbische erde«. Grimm RA. 399. Monum. Legg. II, 564. Chron. Ursperg ed. 1609. pag. 227. Arnoldi Lubec. Chron. Slav. apud Leibnitz SS. II, 644.
2. In urbibus episcopalibus et universitati circa ecclesiam collectae condebantur statuta curiae ministerialium, »dienstrechte,« in municipiis postea municipalia, »stadtrechte«. Ministerialium universitas saec. XIII. »husgenossen, gesinde des gotzhuses« dicebatur.
3. Leges advocatitiae, »hofrechte«, in Helvetia »offnungen« dictae.
4. Quum ex instrumentis publice scriptis, quae in unum ad hunc finem collecta alio loco proponam, tum propter duplex ipsius legislationis exemplum antiquas populi leges in oblivionem penitus transiisse negaverim. Exstat enim codex legis Alamannorum H supra X not. 27 allegatus, qui iudicio exercendo saec. XII scriptus est. praeter eumque in codice olim Aldersbacensis monasterii, nunc Monacensi regio cimel. VI, 3. e, quem litera K notavi, saeculo XIII legi Bawariorum epitome ex Alamannorum iure reformato (inter

Monumenta Germaniae historica edita in tomo Legum III. num. VIII.) adiuncta est. Itaque viguisse tum eas leges nemo negabit. Sed vigoris illius insigni exemplo leges populares sunt magna ex parte in libro iuris Suevici receptae. de quibus cf. infra XVI. not. 13. 23. In cod. tradit. Weisenaug. a. 1218 laudatur Bertholdus quidam *liber homo nulli nisi de communi iure subiectus.* Stälin II, 656. not. 5. Ius privatum statuliberorum iam saeculo XI ad »ius iudiciarium«, quae erat »sententia simul et lex iudicum seu scabinorum«, redire coepit. Salis Staatsgesch. des thals Veltlin IV, 28. Dümge Reg. Bad. 114. n. 63. 65. nam re iudicata vigor iuris demonstrabatur, Wilda Zeitschr. I, 16. not. 3. IX, 385, sicut iudicio illo a. 1258 de laesa pace publica acto coram comite Habspurgensi »per sententiam diffinitivam cum consensu et conniventia universitatis vallis Uranie«, Neugart C. D. A. n. 966, et a. 1135 de monasterio Paterniacensi coram episcopo Argentinensi »communi iudicio omnium decretum est.« Schöpflin Als. Dipl. n. 259. Tali ratione inventum ius inde a saeculo XIII. »optente contradictorio iudicio consuetudinis sententia« dicebatur et »gesaminturteil« sive praeiudicium. Const. Mogunt. a. 1235 prooem. cap. 15. ac vers. Theut. §. 15. Monum. Legg. II, 313. 318. 582. Archiv für Schweizer gesch. III, 94. Prolegomena mea ad legem Alamannorum scripta Monum. Legg. III, 17. not. 65. Eichhorn D. St. u. R. G. II. §. 258.

5. Ex feudali iure imperator conferebat comitis iura, Mon. Legg. II, 144. 145. 227. 228. et advocatis pro ecclesia saeculari iurisdictione fungentibus iudiciorum exercitia. Eichhorn II, §. 300. Bluntschli I, 217. 226. Schauberg Beitr. II, 276.

6. *Ab adventu Domini usque in octavas epiphanie, et a septuagesima usque in octavas pentecostes, diebus dominicis, quinta et sexta feria, sabbato omnique vigilia apostolorum cum die subsequenti et omni die ad ieiunandum sive feriandum canonice statuta vel statuenda* treuga edicta violabatur omni genere vis publicae ac privatae. fautores sicut ipsi rei puniebantur.

7. Praedium eius heredes, ac si fautores rei erunt fiscus tollant, beneficium dominus accipiat. Quae *lex Teutonicorum* dicitur a Paulo Bernried. in vita Gregorii VII, 85. apud Muratori SS. III[a], 339.

8. *Qui occiderit aut pacem domesticam infra septa laeserit capite plectatur. Qui vulneraverit aut arma ultra sepem iecerit manum dextram perdat. Qui pugno percusserit, vel lapide vel fuste vel quolibet modo percutiendo defectaverit, si nobilis est libra componat. si liber aut ministerialis 10 solidos,* quae est media libra. *si servus verberetur et decapilletur,* idest »cute et capillis« poenas luat.

9. Monum. Legg. II, 56. 57.

10. Monum. Legg. II, 60.

11. *Dux Welfo et dux Pertolfus et dux Fridericus iuraverunt eandem pacem usque ad pentecosten et inde per 4 annos aecclesiis, clericis, monachis, laicis, mercatoribus, mulieribus ne vi rapiantur, Iudeis.* Monum. Legg. II, 60.

12. Monum. Legg. II, 61. cui constitutioni Constantiensis episcopus XII. Kal. Novembris excommunicationis poenam addidit.

13. *Haec pax hinc usque pascha et a proximo pascha usque ad sequens pascha permanere debet.* Monum. Legg. II, 61.

14. Quintodecimo quoque die, sicut iudicia ex antiqua Alamannorum lege Hlothar. cap. XXXVI, 1. exercebantur.

15. *Manum vel oculos amittat* in constitutione imperiali. Praeceptum de poena mortis ex constit. a. 1085. ad constitutiones a. 1103 non transiit.

16. *Si quis minus quam 60 denarii* (= 5 solidi) *valeant furetur, depiletur et*

virgis excorietur et in utraque maxilla ferro usque ad dentes uratur. Si quis 60 denarios vel plus quam 60 denarii valeant furetur, manus ei abscidatur. Vix differt poena constitutionis imperialis. hoc tamen Suevica lege novum ius introducitur, quod qui intra alienos fines venarentur (exceptis »feris bestiis«? cf. Const. pac. a. 1155. §. 14. Monum. Legg. II, 103.) pro furibus (L. 5. §. 1. D. 41. 1.) aestimati pacem dicuntur violasse: *dominus suus omnia quae habet ei auferat, possessor vero terrae, in qua fera capta fuerit, manum eidem vel dimidiam libram denariorum pro manu auferat.*

17. Ita tamen, ut sequestrata bona contumacis eo mortuo demum ad heredes pervenirent.

18. Cf. supra not. 6.

19. Initio quidem sacrosanctum ingenui corpus erat, *man haelgi*, ac licet Merowingi reges latrocinia, homicidia, furta, plagia, rapinas morte puniri, Decr. Childeberti et Chlothacarii II in Monum. Legg. I, 7. 9. 10. 12, ac socios fautoresque eadem qua auctores poena damnari voluissent, l. c. 12, ista praecepta tamen aut aboleverunt, aut pro lege nationali nunquam vigebant, quum Karolina aetate compositionum usus denuo sanciretur, Cap. Karoli M., Hludow. I et II. l. c. 95. 113. 127. 212. 354. Ansegis. IV, 25. et eadem quoque ex indole adhuc a. 977 ius singulare conderetur, iuxta quod qui *locum vel populum ecclesiae Murbacensis incendio aut preda aut captione seu aliqua vastatione inquietaverit, homo liber vel de libera familia damnum rei perditae in quadruplum restitueret et fisco regio libras auri decem exsolveret, servilis persona autem et qui haec non posset exsolvere pilos perderet cum corio et septem annorum damnaretur in exilio.* Schöpflin Als. Dipl. n. 160. Itaque quum antiqua et, prout puto, communis omnium Germanorum lex esset, ne ingenuus, nisi crimen cui *perduellionis causa* inest commisisset, corpore suo poenas daret, ut in Lege Alamann. Hlothar. cap. XXIV—XXVI: ii soli, qui fidem reipublicae ac regi debitam violarent, Cap. a. 806. c. 2. Monum. Legg. I, 142, periuri scilicet et latrones et coniurati et monetae adulteratores eorumque socii et fautores »corporali disciplinae« quae servorum esset subiacebant. Quorum aliis oculus eruebatur, scilicet latroni »pro prima culpa«, Cap. a. 779. §. 23. a. 832. §. 11: l. c. 39. 363. aliis manus »quam periuraverunt« abscidebatur, scilicet ei qui fidem datam violaret, Cap. a. 779 §. 10. a. 805 §. 11. a. 808 §. 4. a. 832 §. 17. a. 1019 §. 3: l. c. 36. 134. 152. 363. II, 38. et latroni »pro secunda culpa«, Cap. a. 779. 832 l. c. et adulteratori monetae ex novella lege a. 817 §. 19. 832 §. 10. l. c. I, 213. 361. cf. 159. alii abscisis naribus aut capillis flagellis caedebantur, scilicet coniurationis adiutores, Cap. a. 805 §. 13. a. 832 §. 6: l. c. 133. 360. alii ultimo supplicio afficiebantur, scilicet latrones »pro tercia culpa«, Cap. a. 779. 832 l. c., et coniurationis auctores, Cap. a. 805. 832 l. c., et capite iam damnati qui gratiam vitae assecuti de novo crimine convincerentur, Cap. a. 809 §. 2. l. c. 55. Constitutionibus pacis igitur id quod reipublicae interesset ne delicta fierent pro summo aestimari coeptum, et ut revera inter se nova et antiqua iura coniungerentur, privatis delictis addendum erat. Tum quidquid pro crimine habebatur non eius tantum, adversus quem commissum est, sed inprimis reipublicae et Imperii vindictam excitare videbatur: »absolute strafrechtstheorie«. neque delictum ipsum sed violata pax publica accusationis ac poenae causa erat.

20. Cf. Friderici II regis edict. de immun. civit. a. 1218. Monum Legg. II, 229.

21. Inveniuntur nonnulli libri msscr. inter codices supra X not. 27 allegatos I. 3. 4. 14. 15. 16, quibus posterior pars legis Alamannorum deest. quare dubitatio movetur, an ea forte iuris antiqui praecepta, quae ad mulctas delictorum pertinent, inde a cap.

LIX legis reformatae, quibus imperiali legislatione derogaretur, omittenda librarii, vel delenda esse posteriores iudices putaverint.

22. Lucernenses in statuto suo a. 1252 constitutionum a. 1103. 1235 aliquot praecepta inseruerunt. Geschichtsfreund I, 187. Ad constitutionem pacis a. 1235 cap. 5. respicit documentum illud insigne a. 1257 ab universitate hominum vallis Uraniae scriptum de treuga inter duas »genealogias« condita apud Herrgott Geneal. gent. Habsburg. II, n. 413. *Swer die sone brichet, der ist meineide und ist in des babestes banne und ist in des riches achte und ist in des bischoffes banne und ist erlos und ist rehtlos und sol man ab ime richten als ab dem mordere, wand er ouch den mort getan hat. darüber sint gesetzet vier mann.* In docum. Fabariensi a. 1276 allegantur *Imperii iura* pro norma legum. Eichhorn Episc. Cur. Cod. prob. n. LXXXIV. Alia exempla afferuntur Schweizer geschichtsforscher V, 463. VIII, 151. Archiv für Schweizer gesch. IV, 270. Blumer Staats- und Rechtsgesch. der Schweizer demokratien I, 98. Matile de l'autorité du droit Romain et de la Caroline dans la princip. de Neuchatel 35. Westfaliae quoque arcani iudices intra Alpes saeculo XV penetrare poterant, et dicebantur municipia »stätt der vämung am bodensee«, quorum cives iudicia illa Constantiae constituta adire solebant, Sangallenses scilicet, Badenses, Rhaetienses nonnulli. Archiv für Schweizer gesch. III, 291. 335. 358. Schweizer geschichtsforscher IV, 81. Schauberg Zeitschrift II, 49.

23. Chron. Ursperg. pag. 239. *Suevi barones et nobiles plerumque solent esse praedones — sine lege et ratione voluntatem suam pro iure statuentes.*

24. Intra annos 1107 et 1123. Stälin II, 42. n. 2. II, 49.

25. Anno 1148: Monum. Legg. II, 86. lin. 19. Intra a. 1164 et 1167 bellum Tubingense. Stälin II, 97. A. 1196 bellum Zeringense. Stälin II, 129. not. 3.

26. Anno 1199 et 1228 bella Alsatiensia. Stälin II, 143. 176. seq. A. 1208 *filii Belial per Sueviam et Alemanniam — pene mortiferum fumum et nebulam desperationis invexerunt.* Chronogr. Weingart. apud Hess Monum. Guelf. 76. Conrad. de Fabar. 7. in Monum. SS. II, 168 fin. A. 1243 Hallense et a. 1245 Neiffense bellum. Stälin II, 193.

27. Duces Welfi ac Zeringenses praecipue a. 1123. 1164—1167. 1196. An quieta fuerit dominatio pincernae de Winterstetten, qui »ab imperatoria maiestate a. 1240 merito virtutum Sueviam procurandam susceperat et sapienter regebat«, Stälin II, 636, nescitur.

28. A. 1156 (?) 1158. 1187. 1234. 1235. 1241. Monum. Legg. II, 101. 112. 183. 301—313. Geschichtsfreund I, 353. Constitutio, quam anno 1230 adsignavit Pertz Monum. Legg. II, 267, ad Heinrici V aetatem pertinet. Homeyer Sachsenspiegel II², 97. n.* Ad Italos tantum spectant constitutiones a. 1158. 1177. 1194. l. c. 107. 162. 196.

29. Quae fuerit constitutio pacis a. 1136. edictae, quam Fridericus dux II iuratus est, Ann. Erphesfurd. ad h. a. Monum. SS. VI, 540, nescimus.

30. Cf. supra not. 6. 8. Violasse pacem publicam dardanarii quoque, Monum. Legg. II, 59. lin. 12, et repetundarum rei constitutione a. 1156 §. 11. 16, incendiarii constitutione a. 1103 ac praecipue a. 1187, haeretici ac malefici constitutione a. 1230 (?). c. 21. dicebantur. Praeterea introductae sunt leges »diffiduciandi« et »abiurandi« constitutione a. 1187. Nisi res notoria erat, ingenui de homicidio vel vulneratione accusati duello aut, si statu dispares qui duella inter se inire nequirent causam agerent, miles iureiurando quarta manu, rusticus secunda manu praestito sive sex testibus adhibitis, inculpatae tutelae moderamen probabant secundum constitutionem a. 1156. De incendio rei per septem testes convincebantur ex constitutione a. 1187. ac septima manu purgabantur secundum constitutionem a. 1230 (?) c. 20. Ex con-

stitutione a. 1230 (?) c. 12. reus pacis violatae iuramento »duobus sibi adiunctis qui nominati fuerant se expurgabat«, et ex constitutione a. 1234 actoris iusiurandum quarta manu praestitum aut »monomachia coram iudice saeculari« postulabatur.

31. Poenae criminum hae constituebantur: ultimum supplicium homicido voluntario inde ab a. 1156, et incendiario ex constitutione a. 1187, et raptori virginum ac praedoni ex constitutione a. 1230 (?) c. 6. 13. Sicarius secundum constitutionem a. 1230 (?) c. 8. »in rota« puniendus erat. manus iis, qui vulnera infligerent et fidem iurati frangerent abscidebatur. supra not. 8. 16. 19. suspendendi poena constitutione a. 1156. c. 17. adversus atrociora ac quinque solidis maiora, et constitutione a. 1230 (?) c. 7. adversus campestria furta introducebatur. poena in corio et capillis in minoribus furtis ab iisve luebatur, qui multam solvere nequirent, qua leviores iniuriae componerentur, ex constitutionibus a. 1156. 1230 (?). proscriptio, acht, communis eorum, qui atrocium criminum rei aut morte digni aufugerant, poena facta est. proscripti res mobiles publicabantur, praedia ad heredes, beneficia ad dominum perveniebant, et »qui per annum et diem in proscriptione imperatoris perstitisset, per sententiam imperialem erenlos et rehtlos pronunciabatur.« cf. const. a. 1156. c. 1. a. 1230. c. 12.

32. Cur. Roncal. a. 1158. Monum. Legg. II, 111. Savigny Gesch. d. R. R. im MA. IV, 152. Monum. Boica XXVIII^a, n. 231. a. 1191. Dumont Corps univ. dipl. I^a, 173. a. 1234.

33. Comitibus et episcopis ut principibus aut privilegia adversus municipia dabantur, aut sublato iure regali territorialis potestas augebatur. utrimque propter renunciationem rex aut imperator solus constitutiones edidit. cf. supra XIII not. 21. seq. Monum. Leg. II, 226 seq. 243 seqq. 286 seq. 291 seqq.

34. Et ipsa constit. pacis a. 1156. c. 6—10. feudales leges continet.

35. Ad laicos principes pertinent privilegia imperialia a. 1174. 1216. 1218. 1222. 1230. 1231. Monum. Legg. II, 144. 227. 231. 249. 266. 283. ad ecclesiasticos privilegia a. 1149. 1153. 1170. 1180. 1191. 1192. 1219. 1220. 1223. 1231. 1234. 1250. Monum. Legg. II, 564. 94. 141. 164. 194. 195. 233. 236. 250. 252. 283. 304. 366. Böhmer Reg. Imp. 1198—1254, 94. n. 237.

36. Annis 1196. 1231. 1234. 1255. Monum. Legg. II, 199. 281. 302. 371.

37. Annis 1157. 1209. 1220. Monum. Legg. II, 104. 216. 237.

38. Annis 1104. 1182. 1190. 1231. 1234. 1253. Monum. Legg. II, 62. 165. 186. 284. 302. 367. Ex constitutione a. 1104 fluxerunt privilegia a. 1104 et 1156 (?) civitati Augustanae data. Monum. Boica XXXIII^a, n. 15. XXIX^a, n. 294.

39. Eichhorn D. St. u. R. G. II. §. 290.

40. Prima huius nominis mentio in const. a. 1085. Monum. Legg. II, 59.

41. Sicuti sententia a iudice provinciali prolata a. 1194 »ius provinciale« dicebatur, Monum. Boica XXXI^a, n. 237: ita principes Imperii cum imperatore non tam legislatorum quam iudicum officia in curia imperiali exercebant, et tamquam iudices agnoscebantur. Sententiis ita latis adnumerandae sunt constitutiones de liberis ministerialium a. 1190. 1192, et de adiudicatione hereditatis et alienatione praedii censualis a. 1132 editae. Monum. Legg. II, 187. 195. 294. Semper res iudicata magis quam lex videbatur esse. supra not. 4. quapropter inde ab a. 1235 illud summi iudicis officium ad iudices in curia imperiali constitutos, inter Alamannos ad Rotwilenses transiit.

42. *Authenticae.* Savigny Gesch. d. R. R. im MA. III, §. 193—196. Codex Dolleonii, quem a Canciani Legg. barb. V, 47—53 laudatum nunc bibliotheca D. Marci habet, libris feudorum capitula Heinrici II a. 1019 et Heinrici III a. 1047 et 1054 ex libro

legum Langobardorum desumta ideoque glossis mixta, ex Capitulari conventus II. Ticinensis a. 850 caput 20, Friderici I. constitutionem Auximanam a. 1177, pacem Constantiae cum apparatu Odofredi addit, itaque »voluminis decimam collationem« integram, qualem Hugolinus composuerat, continet.

43. Haec in oratione archiepiscopi Mediolanensis a. 1158 coram imperatore habita. Monum. Legg. II, 111. Adversa quidem talis doctrina Germanae indoli erat, tamen cupidissimo cuique principum optata. Quin etiam Rudolfus imperator »vir ille probus, iustus, simplex ac timens Deum«, quum arbitrii sui in constituendo duce Austriae fines esse cerneret, quae contraria inter se erant ita iungere conatus est: *Romani*, inquit, *moderator imperii observantia legis solutus legum civilium nexibus, quia legum conditor, non constringitur. Nos, licet in excellenti specula regie dignitatis et super leges et iura simus positi, legis tamen naturae praeceptis et imperio caput nostrum sincere submittimus. Ad instinctum sive potius imperium et praeceptum eiusdem legis naturae circa magnificentiam status prolis nostrae et sublimationem ipsius studia nostra convertimus.* Gerbert Cod. epist. 233.

44. Indole illa municipiorum praecipue incrementis expergefacta, iam XII saeculo ius singulare exercendo iudicio adhiberi coepit. In territorio ecclesiastico vel inter ministeriales res nova non erat. supra XII. not. 27. XIII. not. 13. 30. atque de civili iure »consuetudo« ecclesiae S. Vincentii a. 1152 et Thuricensis »boni usus et bonae consuetudines« intelligebantur. Herrgott Geneal. gent. Habsburg. II, n. 228. Schöpflin Als. Dipl. n. 407. Saeculo XIII passim lex statutaria observabatur, laudaturque *consuetudo vel statutum consulum Turicensium* a. 1224, *civitatum Dinkelspuhel, Nordelingen, Werde, Rotenburg consuetudines* a. 1235, *iusticiae et constitutiones civitatibus consuetae* a. 1240, *racionabilis et approbata consuetudo terre* Barensis in agro Tugiensi a. 1249, *iuris ordo et provinciae* Fabariensis *consuetudo* a. 1253, *antiquum ius et consuetudo civitatis Hagenowe* a. 1255, *consuetudines* Lucernenses a. 1257, *consuetudo in villa Fallanden* a. 1260, *ius et consuetudo civitatis Blaburren* a. 1267, *ius civile* in Newenburch Brisgaugie oppido conditum ante a. 1275, *bona statuta que Theotunici* coloni a Friderico I in Rhaetiam deducti *inter se statuerant aut composuerant* a. 1277. Bluntschli I, 233. Monum. Boica XXX^a, n. 732. Gerbert Hist. silvae nigrae III, n. 101. Neugart C. D. A. n. 942. 972. 1019. Herrgott l. c. n. 376. Schöpflin l. c. n. 557. Geschichtsfreund I, 372. Kopp Urkunden zur gesch. der eidgenöss. bünde 10. Stälin II, 666. Salis Staatsgesch. des thals Veltlin I, 120. Iis temporibus, quae regnis Friderici I et Rudolfi I circumscribuntur, haec iura municipalia condita sunt:

(?) *Augustanum* a. 1156. Monum. Boica XXIX^a, n. 492.
Hagenoviense a. 1164. Schöpflin Als. Dipl. n. 310.
oppidi in villa Diezenhovin a. 1178. Schauberg Zeitschr. II, 53.
civitatis Mollesheim a. 1219. 1226. Schöpflin l. c. n. 412.
Constantiense de moneta a. 1240. Neugart C. D. A. n. 930.
Argentinense a. 1241. Mone Anzeiger 1837, 23.
Schlettstadiense a. 1257. Böhmer Reg. Imp. 1246—1313 add. I, 382. n. 131.
villae Steinbach a. 1259. Bader Markgraf Rudolf der erste 10.
Vitoduranum a. 1264. Herrgott Geneal. gent. Habsburg. II, n. 467.
Turicense a. 1265. Helvet. biblioth. II, 13.

Rudolfus I rex reipublicae restitutor idem municipiorum eorumque iuris confirmator factus est. cf. append. III.

45. »Ius Coloniense« Friburgensi statuto ad Alamannos introductum in multis Alsatiae praecipue urbibus pro communi lege vigebat. Wilda Zeitschrift VII, 80. Cis Rhenum

Friburgenses, trans Rhenum Columbariensee iudices, ad quos provocaretur, »oberhof«, iuris civilis communionem effecerunt, quam imperator aut principes territoriales, qui aliis municipiis Friburgenses sive Columbarienses summos iudices eorumque iura pro lege municipali constituerent, incredibiliter augebant. In territorio ecclesiastico ex advocatia sola communionis origo ducta ac diversorum locorum incolae sive villani ab omni iuris civilis vinculo prohibiti sunt. leges ibi et ferebantur et iudicando propagabantur a solis clericis atque ministerialibus. Schauberg Zeitschr. II, 72. 74. 126. Grimm Weisthümer I, 273. Mone Anzeiger 1836, 396. Geschichtsfreund I, 159. 222. Cf. append. III.

46. Res municipalis in omnibus Alamannorum civitatibus ex scabinis sive magistratibus iuri dicundo institutis originem cepit, qui dicebantur *iurati* sive *coniuratores* in municipio Friburgensi a. 1120, *iudices et consiliarii* in Turicina civitate a. 1190, *iudices* Argentorati a. 1200, *scabini* et *scabini iurati* Hagenoviae a. 1215. 1255. *consiliarii* in oppido Muchheim a. 1227. »Burgensium« nomine initio eos quidem, qui ministerialium castri cuiusdam civitatem formabant, Eichhorn D. St. u. R. G. II, §. 224«, e. gr. Argentinenses a. 1200, Columbarienses a. 1226, Thuricenses a. 1234: sed postea saepe iudices, qui sub sculteto municipali sententiam ferrent, dictos esse putaverim, ut Reutlingenses a. 1213. Haltkilichenses a. 1215, Ueberlingenses et Ravenspurgenses a. 1224, Scaphusanos et Lindavienses a. 1230, Esslingenses a. 1240, Zovingenses a. 1254. Provecta municipiorum maiorum libertate »consulum« magistratus, qui sicut scabini olim XII viri erant, institui coepit. iique fuisse traduntur Friburgi c. a. 1200, Argentorati a. 1212, Thuregi a. 1223, Columbariae a. 1226, Schlettstadiae a. 1228, Kaisersbergae a. 1230, Lucernae a. 1252, Ulmae a. 1255, Tuwingae a. 1262. Cf. Bluntschli I, 170. Hegel Gesch. der städteverf. v. Italien II, 412. 426. In provincia monasterii, qualis Glaronensis fuit, et alias quoque, e. gr. in villa Baggenang, Reyscher Altwirtemb. Statutarrechte 123, per duodecim iudices ius reddebatur, qui tamquam ministeriales ecclesiae, non civium iure officia sua exercebant. Bluntschli Gesch. des Schweizer bundesrechts 99. infra XV. not, 28. Villani homines advocati plerumque per quatuor arbitros, »vierer«, civiles causas disceptabant. Schauberg Zeitschrift I, 152. De singulis huius rei exemplis consulantur allegationes in append. III.

47. Scultais olim tributariorum exactor et fiscalinorum iudex publicus erat. Unger Altdeutsche gerichtsverf. 246. 314. Eichhorn D. St. u. R. G. I, §. 173. Bluntschli I, 158. 182. Ex universitate palatina igitur ea dignitas in municipiis introducta aut ex imperiali privilegio, ut supra XII. not. 27 h, instituta est, et ubicunque advocatus supremus civium et criminalis iudex erat, ibi scultetus iudicium civile praeses exercebat. Sueviae urbium scultetos, qui saec. XII et XIII fuerint, enumeravit Stälin II, 668. iisque alii quorum exempla infra in append. III. documentorum fide probantur, in Alsatiae et Helvetiae civitatibus constituti addi possunt, ut Hagenovienses sub iisque etiam »minor scultetus« inde ab a. 1189, Schlettstadienses ab a. 1217, Thuricenses ab a. 1221, Ueberlingenses inde ab a. 1224, Scaphusani et Lindavienses ab a. 1230, »de Ragini« a. 1236, »de Sempach et Mekkinhoven« a. 1240, Rhinveldenses inde ab a. 1260, Lucernenses ab a. 1262, S. Galli »de Wile« a. 1268.

48. Ministri, »amman«, officia ad ea usque tempora reduci possunt, quo comites pagi »ministerii« causa »ministros« vel »iuniores« instituebant. nam ubi pagi comitatus in advocatiam atque in comitatum provincialem transiit, supra XII not. 37, sub advocato et sub comite provinciae ministri collocabantur. Exstant documenta a. 1240, ex quibus in Ulmensi, Kaufbeurensi, Biberacensi, Phullendorphensi civitatibus ministros iudicio ac magistratibus praefuisse traduntur. habebantque eos coloni Rhaetienses,

Lucernenses, civitates Reinegg, Giengen, Clingenowe, Ehingin, S. Galli, Griffense, Grüningen, in Helvetia omnino omnes fere provinciae, quae advocatorum iudicio subditi erant. Villani ipsi enim, unius provinciae civitates diversae, sub »maiori villico«, qui raro scultetus dicebatur, vel sub »cellario« iudicia per arbitros a populo interposita patroni auctoritate electos exercebant. Geschichtsfreund I, 227. Blumer Staats- und Rechtsgesch. der Schw. demokr. I, 68. Schauberg Beiträge I, 100. Neugart C. D. A. n. 975. Schöpflin Als. Dipl. n. 242. 275. Generale placitum aut quarto, ut in Suevia et Alsatia vernale unum et duo auctumnalia, aut sexto quoque mense, ut in Helvetia »ze meien und ze herbst«, advocatus ipse instituebat.

49. Bluntschli I, 130. 173.

50. Quae officia comitis pagensis fuerant, ea provincialis comes tum iudici, quae palatini, advocato provinciali rex delegabat. Eichhorn II, 358. 362. 369. In Alsatia primus comes provincialis invenitur c. a. 1140. infra XV not. 25. Postquam lantgravii officium in solam principis dignitatem mutatum est, comitis iudicia ad iudicem sive iusticiarium provinciae transierunt. Comites Habspurgenses et Kiburgenses ex hereditate Zeringensi provinciae comitatum in maiori Helvetiae parte tamquam advocati imperiales exercebant. In Suevia Palatini nomen manebat, officium periit. Stälin II, 644. 651. dum iurisdictio eius ad curiam Rotwilensem translata est. Pfeffinger Vitr. illustr. IV, 689. 694.

51. Eichhorn II, 434. Tum primum *ius terrae* allegari coepit. Schöpflin Hist. Zar. Bad. IV, 372. 215. Schwabensp. Lafsb. 297. A. 1258 *länd und gemein recht* in Kopp Urkunden zur gesch. der eidgen. bünde 10. Nec immunitas ecclesiastica nec princeps Imperii privilegio, quo a provinciali iudicio eximerentur, egebant, quum ius exemtionis haberent. Municipia initio maiora tantum, mox, a Rudolfi aetate fere omnia privilegio de non evocando a foro provinciali liberata sunt. infra XV not. 27.

52. Advocati imperialis iudicia adibant qui antiquitus ingenui fuerant, vel qui fiscalini olim ad liberorum statum pervenerant, homines de valle Unterwald, Suitenses, Uranienses, municipales nisi patrono aut principi aut ecclesiae subditi erant. supra XII not. 29. XIII not. 29. XIV not. 4. Hugo Mediatis. der D. reichst. 89. Advocatus ecclesiae cum ministerialibus propriorum hominum iudiciis praeerat. supra not. 48.

53. In docum. Alsat. saec. XV apud Mone Anzeiger 1838, 463 iudices provinciales ita describuntur: *Item das landgericht hat ouch vormals kein vrteilsprecher gehebt dann ytel ritter am ersten*, qui sunt viri generis militaris, itaque nec municipes nec ministeriales, supra XIII not. 28. 30. *darnach wart es geteilt halber ritter und halber sust edel*, scilicet quo tempore ministeriales altiori loco positi iam non amplius ab ingenuis discernebantur, supra XIII not. 29. XV not. 1. *yetz hatz unser her der Keyser von nüwen dingen gefryget, das man fünf edel und vier burger haben mag.* Universitati Suitensium inconveniens reputavit Rudolfus rex a. 1291 Monum. Legg. II, 457: *quod aliquis servilis conditionis existens pro iudice ipsis detur.* cf. praeterea docum. a. 1258 supra not. 4. Ita cavetur: *Es ensol auch umb dieselben freyen gutt niemann urtheilen noch vffheben dan der dieselben guetter hatt inret etters siben schüh wit für sich vnd hinder sich ald aber ein rechter frey* in Dingstattrecht v. Binzikon §. 5. et Offn. v. Dürnten §. 5. Schauberg Zeitschr. I, 41. Beiträge III, 183. Similia de iudicibus provinciae Rhaeticae enarrantur in Schweizer Geschichichtsforscher IV, 205.

54. Exempla a. 1165. 1185. Salis Staatsgesch. des thals Veltlin IV, 59. Herrgott Geneal. gent. Habsp. II, n. 246.

55. Conradinus dux municipio Arbonensi a. 1266, Tschudi Chron. Helv. I, 167, Efslingensi a. 1267, Stälin II, 218. not. 3, Ulrico comiti de Wirtenberg a. 1259, l. c. 499,

iura ab imperatore derivanda concessit. Salinae ac metalla in commercio esse coeperunt. Stälin II, 778. nec tum enim ius regium quod antea vigebat. cf. Böhmer Reg. imp. 1198—1254, 247. 249. n. 321. 344. Quin Ludovicus Palatinus dux Bavariae *vacante imperio omnes feudorum collationes sive ordinationes iure dignitatis officii sui, quod ab Imperio teneat* (palatini scilicet), *ad se indifferenter pertinere* documento a. 1267 professus est. Oetter Gesch. der burggrafen II, 475.

XV.

1. Ita auctor libri »Gesta Romanorum« cap. 144 Friderici II aetate »de statu mundi actuali« scripsit. cf. supra XIII not. 30.
2. Sueviae status publicus a. 1287 condita pace firmus sine duce effectus est. nam Rudolfi a. 1282, quem laudat Iohannes Victor. II, 6. apud Böhmer Fontes I, 317, et Stephani a. 1344, (Kreuter) Gesch. der Vorderösterreich. Staaten II, 75, Sueviae ducum dignitati praeter nomen ac dominationis studium nihil inerat. De Sueviae comitibus ab Alberto Bohemo in libro missivo ed. Stuttgardt 1846 pag. 149 tractatur. De Helvetia cf. Bluntschli Gesch. des Schweizer bundesrechts 232. De Alsatiae municipiis infra not. 27.
3. Anno 1098 Bertholdus V Zeringensis ad id potentiae fastigium pervenit, ut regno suscipiendo destinari posset.
4. Stälin I, 243. 551. 559. II, 281.
5. Nomen a marca Veronensi, quam Bertholdus I Zeringensis († 1079) habuerat, ad Hermannum filium eius et Badensis stirpis auctorem transiit. Stälin I, 550. Territorium illud a comitatu Lintburchensi Mortinaugiae in Alamannia finitimo et paterno Hermanni bono initia cepit; saeculo XII oblata fortasse comitum Calwensium successione bona in Franconicis Sueviae partibus sita (*castrum in villa Baden*, unde nomen territorio inditum est, *ac tota terra Sueviae ex alia parte Rheni* ut dicit Gotefr. de Ensmingen apud Boehmer Fontes II, 114.) accessere et amplitudine adeo praestabant, ut a. 1190 trium filiorum natu minimus antiquas familiae possessiones, marchionatum Habpergensem, postea a nepotibus eius divisum, ceteri duo Franconicas sortirentur. Stälin II, 282. 303. 307.
6. Adelbertus, Conradi Zeringensis ducis († 1152) filius a patre castrum Tecke et quae adiacent, et a fratre allodia in Brisgaudia et Mortenaugia sita hereditatis titulo tamquam dux accepit. Stälin II, 291.
7. Stälin II, 299. 457. nec Turicina tamen advocatia imperialis Zeringensibus commissa ad heredes transiit.
8. De genere Brigantinorum cf. Chron. Petrishus. I, 7. 8. Salis Staatsgesch. des thals Veltlin I, 78. II, 22. 62.
9. Neugart Episc. Constant. 195—198.
10. Liutfridus comes de Winterthur auctor novae stirpis fuit, cuius filius Adilbertus († 1056) primus ab arce in territorio suo constructa nomen comitis de Kiburg sumsit. Chron. Petrishus. ed. Ussermann I, 7.
11. Salis Staatsgesch. des thals Veltlin I, 77 seqq.
12. Hartmannus comes Dillingensis Adelheidam, Kiburgensium bonorum a patre heredem relictam, matrimonio sibi et ita duos comitatus in unum coniunxerat, quos nepotes eius ita diviserunt, ut nova linea Kiburgensis ab Adalhardo († 1187) initium sumeret. Stälin I, 562. Neugart Episc. Constant. 431.
13. Stälin II, 433. Elisabetha Rudolfi ultimi Brigantini comitis filia ac heres bona familiae fere omnia (nam exigua tantum pars ad sororem Rudolfi, quae Ludovici

comitis de Phullendorf uxor erat, ac postea ad Staufensem familiam transiit. l. c. 242. not. 3.) ad Hugonem palatinum comitem, cui nupserat, transtulit, ab eoque Hugo filius natu minor ea accepit, qui a castro ibi constructo comes de Muntifort dictus est. Istius Hugonis filii comitatum Montefortensem adiuncto comitatu Sigmeringensi, Stälin II, 392. not. 3, a Werdenbergensi postea denuo disiuncto diviserunt.

14. Anon. Weingart. ap. Hefs Monum. Guelf. 18.

15. Ad Staufenses pervenerunt bona ducatus Rotenburgensis, Alsatiensia, Welfica, comitum de Phullendorf, Biedirtan, Werde, Lenciburch aliorumque. Stälin II, 234—244. Sed quum imperator ea aetate idem fuisset atque Staufensis princeps, permulta territoria, quae gentis facta sunt, tamquam res infeudari solitae Imperio magis quam domui videbantur acquisita esse, e. gr. Phullendorfensia nonnulla, Burgundica etc. ne dicam de feudis apertis, quae erant advocatiae »successione fiscali aut hereditaria« ad imperatorem devolutae, ut dicit Chron. Ursperg. ad a. 1167 ed. 1609, 225, aut de locis illis in Alsatia praecipue frequentibus, quae ius municipale habebant.

16. Cf. supra XIII not. 16. 17. Stälin II, 232. Documenta Conradini, quo Ludovicum et Heinricum Bavariae duces heredes universales instituit allodiorum ac feudorum, ex a. 1267 allegavit Boehmer Reg. imp. 1198—1254, 285.

17. Memminger Wirtemb. Iahrb. 1826, 434. Stälin II, 487.

18. Stälin II, 478.

19. Diviso c. a. 1100 comitatu Wirtenbergico comites de Grüningen territorium Danubio adiacens, antiqua proculdubio familiae bona, atque inde ab a. 1252 feudum illud insigne, quo »sacri Imperii signiferi« effecti sunt, habebant. a castris ibi constructis comites »de Grüningen dicti de Landau« et inde ab anno 1300 »comites de Landau« nominabantur. Saeculo XV vendita maiori bonorum parte equitum tantum ordine censebantur. tum quae supererant, a. 1672 comites de Fürstenberg emerunt. Memminger Wirtemb. Jahrb. 1826, 69. Beschreib. v. Wirtemb. 43. 44.

20. A. 1259. Stälin II. 499. Huius fortasse honoris respectu Ulricus comes a. 1273, quominus extraneus Sueviae inferioris advocatus provincialis ab imperatore constitueretur, armis prohibendum esse censuit.

21. Comitatui Urahensi, qui saec. XI proculdubio divisione heredum ab Achalmensi antiquo separatus est, a. 1218 Suevica Zeringensium bonorum pars accrevit, unde comitatus Friburgensis ac Fürstenbergensis formati Urahensium stirpi manebant, postquam antiqua familiae bona a. 1264 ad comites Wirtenbergenses transierunt. Stälin I, 564. II, 453. 457. 459. 463. Achalmensis minor autem donatione c. a. 1100 facta ad Welfos, inde c. a. 1160 ad comites de Gamirtingen ex eorumque familia coniugio filiae, quae heres patrimonii relicta erat, ad milites de Nifen transiit. Stälin II, 454. not. 1.

22. Stälin II, 481.

23. Pertz Archiv III, 78. Neugart Episc. Constant. 250.

24. Quod docuit Röpell in libello suo »die Grafen von Habsburg« a. 1832 edito.

25. Comites Habspurgenses iam a. 1144 comitatum provinciae Alsatiensis exercebant. inde ab a. 1180 habebant comitatum Turicensem, et iam a. 1239 Argoviensem. Praeterea dominabantur territorium Kiburgense (»Lenzburch, Arau, Mellingen, Zug, Art, Sursen, Schwyz etc. lüte und gut in den waldstetten« inde ab a. 1272), et advocatias monasterii Murensis iam a. 1168, Secconiensis c. a. 1200, Murbacensis inde ab a. 1199. Stälin II, 242. not. 3. Schöpflin Als. illustr. I, 498. Kopp Urkunden 9 anm. Schöpflin Als. Dipl. n. 359. (Kreuter) Gesch. der Vorderösterreich. staaten I, 571. Blumer in Archiv für Schweizer gesch. III, 29. Tschudi Chron. Helv. ed. Iselin I, 139. Lichnowsky Gesch. des hauses Habsburg I[b], XXII, n. 144.

26. Anno 1254. Monum. Legg. II, 368 seqq. Inter conditores ac socios pacis episcopus

Argentinensis, et municipia Thurigum, Friburch, Brisacum, Colmaria, Slezestat, Hagenovia, Witzenburch erant.

27. In Alsatia tum potentia quidem eminebant episcopi Argentinenses, marchiones de Baden, comites Habspurgenses post eosque Austriaci duces (successores comitum de Pfirt), sed Staufenses principes ibi fundamenta rei municipalis posuerunt, ex qua mox totius provinciae salus ac vis pendebant. Nam quum episcopus Argentinensis de subditis ecclesiae suae, qui intra moenia urbium ab imperatore defensarum libertatis causa confugerent, continuas cum Friderico II controversias egisset (Schöpflin Als. Dipl. n. 395. 432. 436. Wenker Appar. archiv. 162.), a. 1236 pax ita, ut quae incrementa (cf. supra XIII not. 28.) civitates iam cepissent, ea municipiis manerent, composita, et iudicia civibus propria quae »a consortibus suis coram sculthetis et advocatis« exercerentur concessa sunt. Alsatiae rem municipalem consentaneam ac necessariam esse, adeo pro certo habebatur, ut quum »domini de Horburg et Rappoltstein« Heinrico regi a. 1226 castrum Kaisersperg venderent, pacto emptor obligaretur: *quod nullam ibidem civitatem libertate donatam faciemus nec homines fidelium nostrorum in iam dicto castro nostro recipiemus. si vero aliqui ex hominibus ipsorum iam recepti sunt eisdem restituantur.* Schöpflin Als. Dipl. n. 440. Inde ab a. 1338 municipia Alsatiae inter se coniuncta reipublicae ac belli causa (ut dicebant *landesrettung*) foedera iterum atque iterum inibant aut ineundis iis ab aliis principibus petebantur. Lünig D. Reichsarchiv VII, 12. 13. 15. Lang Reg. Boica VII, 223. Wenker De ufsburgeris 53. 59. Schilter Königshov. chron. Zusätze 887. Müller Schweizer gesch. IV, kap. 1. not. 62. Iam a. 1365 in Alsatia duodecim praecipua municipia Imperii, ab eorumque capite Argentina civitas numerantur. Schöpflin l. c. n. 1124. tertiadecima a. 1366 addebatur. l. c. n. 1128. Itaque a. 1368 municipes nniversi Alsatienses inter se »custodes« alter alterius privilegiorum effecti (Wenker Disquis. de ufsburgeris 88. quod officium a. 1460 ad curiam Rotwilensem transiit. Schöpflin Als. Dipl. n. 1365.), et leges sibi ferendi potestate praediti (Schöpflin l. c. n. 1128.), et reipublicae municipalis formae re vera stabilitae et agnitae sunt, iuxta quas comitis provincialis potestas iamdudum privilegiis de non evocando imminuta, quin etiam sculteto Hagenoviensi iam multarum civitatum summo iudici municipali data (cf. XVI not. 39. Schöpflin Als. Dipl. n. 614.), iudicii potius paucis constituti quam principatus nomen erat. Cf. append. III. Statuliberi (supra XII not. 29.), quicunque exemtionis privilegio carebant, inde ab a. 1262 (Schöpflin l. c. cf. app. III.) iudicium Hagenoviense, *des h. R. Reichs landvogtey auf der lauben zu Hagenau*, adibant, quod complectebatur »Colmar, Schlettstadt, Weissenburg, Landaw, Oberneheim, Kaysersberg, Münster in S. Gregorienthal, Rofsheim, Türckheim.« Vitriar. illustr. IV, 670.

28. Postquam Habspurgensium potestas ex advocatia et comitatu provinciali profecta in principatum mutari coepit atque id agebatur, ut amplissimi Helvetiorum fines quasi regnum in ditionem familiae ducum Austriae transirent, Helveticae libertatis initia ex universitate civium crescebant, qui »sub ministris valles Uraniae (Urah), Suites, Stannes (universitas superior et vallis)« incolebant aut antiquitus statu liberi, supra XII not. 29, aut c. a. 1230 redemti a servitio Habspurgensium provinciae comitum. Tschudi Chron. Helv. I, 125. 254. Herrgott Geneal. gent. Habspurg. II, n. 291. 707. Suitensium pars monasterio Steine, Tschudi I, 193. 221, Stannenses nonnulli Lucernensi, l. c. II, 583, Uranienses alii Englobergensi, Herrgott l. c. n. 529. Tschudi I, 179, alii Wettingensi, cui multa bona comitum de Froburc ac de Rappreswile accesserunt, Tschudi I, 136. 141. 199, alii Sedorfensi monasteriis, l. c. 185, censuales erant, eosque foedus a. 1251 cum Thuricensibus initum a vexatione abbatum et ecclesiae advocatorum defendebat. Tschudi l. c. 128. 130. 183. 228. Inge-

nui inter illos omnes a. 1240 »sub specialem Imperii protectionem recepti«, Schmid Gesch. von Uri I, 212. Businger Gesch. von Unterwalden I, 436. Tschudi I, 134, et a Rudolfo rege a. 1274 »inter speciales Imperii alumnos computati sunt«, in quibus »inconveniens esset quod aliquis servilis conditionis existens pro iudice ipsis daretur.« Tschudi I, 180. Monum. Legg. II, 457. Ii Rudolfo rege mortuo a. 1291 »coniurati« foedus pro suo inter se iure defendendo inierunt. Kopp Urkunden zur gesch. der eidgen. bünde 32. Sequebantur partes Adolfi regis, qui privilegia Rudolfi a. 1297 confirmaverat, Tschudi I, 215, adversus Albertum. Nec bella prohiberi poterant, quibus Bruti Helvetici aliorumque facinora ac libertatis studia tamquam seditiones vindicarentur, nisi mors Alberti regis intervenisset. Mox per annos aliquot quum reges Austriacis infensi tum secura reipublicae Helveticae incrementa fuerunt. Heinricus VII hominibus in valle Underwalt iura libertatemque, et omnibus privilegia de non evocando, alios »in valle Suiz« a servitio redemtos statuliberorum numero constituit, a. 1309. 1310. Tschudi I, 245. 246. 254, et Ludovicus rex eos proscriptione iniuste damnatos a. 1315 absolvit. Tschudi I, 269. Interea Austriae dux hereditaria ac feudalia iura quae haberet ac patris contumeliam ultum ire festinat, nobilium, ut pro dominatione omnes pugnarent, Thuricensium, Tugiensium, Einsidlensium copias sibi coniungit, proelio caeditur fugaturque. Suitensium victoria regi grata (nam »gratum se fidelitatis odorem sentire« scripsit a. 1315 »dilectis filiis suis, officiato, consilio, civibus et univervis hominibus in Suiz«. Tscudi I, 274.) tam sociorum vires ac foedus aucta quam animi aliorum, Glaronensium praecipue ac Bernensium, ut foederi accederent, allecti sunt. Iam ducum et »aliorum adversariorum Imperii curtes, iura ac bona in vallibus Suiz, Ura et Unterwalden sita« imperiali iudicio proscripta, et reipublicae Helveticae iura ita stabilita sunt, »ut mancipia seu homines ducibus Austriae pertinentes sub iurisdictione imperiali foveantur tamquam Imperio liberati, et ut nullus deinceps vallium inhabitator, incola aut homo quilibet coram ipso duce Leupoldo, suis fratribus ducibus Austriae vel ipsorum iudicibus, sed in S. Imperii iudicio et coram eius iudice super quacumque causa debeat stare iuri«, a. 1316. 1324. Tschudi I, 277. 278. 300.

Anno 1332 Lucernenses salvo iure advocatiae Austriacae foedus cum sociis Helveticis inierunt, Tschudi I, 323, et imperator nova reipublicae incrementa per arbitros adprobavit. Müller Schweizer gesch. II, kap. 1. not. 264. Interea Thuricenses, Sangallenses, Scaphusani, Constantienses, Basileenses aliique multi cum Austriacis pacem ac foedera praecipue a. 1332 icta servabant. Tschudi I, 328. Mox novis rebus, quas Thurici Rudolfus Brun molitus erat, nobilium ac patriciorum, ut coniurarent adversus plebeium, et Austriacorum animi, ut motum civilem in lucrum verterent, accendebantur. in medio illo discrimine Thuricenses a. 1351 societatem reipublicae Helveticae petierunt ac primatum obtinuerunt. Tschudi I, 391.

Glaronensium pars inferior »Gastern und Wesen« sive »das nidere ampt« sub ministro constituta ex comitatu Kiburgensi Austriacorum principatum agnoscebat. Blumer in Archiv für Schweizer gesch. III, 34. 58. 66. Ceteri inde a nono saeculo sub advocato abbatiae Secconiensis fuisse traduntur, at incertum est fuerintne statuliberi initio inter incolas an non. Blumer l. c. 9. 12. 15. 28. Officia magistratus in valle illa »maior« sive »villicus« abbatissae nomine gerebat, iudicia duodecim »iurati« inter eosque octo ministeriales ecclesiae ab abbatissa ex provincialibus electi exercebant. Blumer l. c. 22. »Villicatio« ab initio »iuxta communem consuetudinem feodorum« penes eandem familiam ecclesiae Secconiensis ministerialem, c. a. 1240 inter filium atque generum divisa (»meier von Glarus« qui minister vocari coepit, et »meier von Windeck« sive »das nidere ampt«) ad heredes transiit, dum anno 1253 integra

villicatio ab abbatissa familiae nobilium de Windegge et a. 1288 comitibus Habspurgensibus collata est. Blumer l. c. 49—54. Itaque iidem advocati ecclesiae Imperii nomine et villici Glaronensium effecti provinciam superiorem cum inferiori illa sub uno »ministro« coniunxerunt. certo ii, qui antea Secconiensis ecclesiae fuerant, inde ab a. 1307 proprio magistratu carebant et auxilia duci Austriaco a. 1351 adversus Thuricenses profecturo adducere iussi sunt. Tschudi I, 280. 297. Blumer l. c. 59. 62. Tum vero, a. 1352, Helvetii nemine resistente fines Glaroniae occuparunt atque societatem cum amicis magis quam victis pro defendenda eorum libertate inierunt. Tschudi I, 407. 409. Blumer l. c. 63. Mox Helvetii victoria freti Tugiensium fines sibi finitimos et Austriacis subditos sub ditione redegerunt. neque Tugienses enim studia libertatis arcere nec socii hostem vicinum pati poterant. Tschudi l. c. 412. Haec omnia ante bellum, quod dux Austriae paravit, gesta sunt. nam pacis mox conditio fuit, ne amplius Austriaca civitas Helvetico foederi accederet. Interea Bernenses iam per biennium Saloduranis iuncti, Tschudi I, 394, a. 1353 octavi inter socios antiquae coniurationis foedus inibant. Sed utrum ceterae civitates, an et ipsi Glaronenses ac Tugienses a societate prohiberentur, Tschudi I, 475, quaesitum ideoque bellum demum tentatum est. neque Glaronenses ante a. 1386 ab Austriacorum dominatione liberari poterant. Blumer l. c. 66. 69. Ceterum nihil detrimenti Helvetii passi sunt, atque sicut Uraniensium et Suitensium respublica, quum censuales a servitio abbatum redemti, Tschudi I, 431. 457. 680, ac lites cum Cella S. Meginradi compositae essent, l. c. 381, in unum statuliberorum corpus coaluit: ita Glaronensibus magistratus patrii ac iudicia parium ab ecclesia Secconiensi agnoscebantur. Tschudi I, 478. neque ullum praeterea ab ecclesiastico iure periculum Helvetiis imminebat. infra not. 33. Imo socii alii post alios territorii fines in dies magis propagabant ac, sicut Alamannorum olim »natio immanis ab incunabulis primis varietate casuum imminuta«, bellis ipsis, quae atrociora ab Austriacis ac ceteris nobilibus a. 1386 iterabantur, incredibiliter potentiam augebant. Müller Schweizer gesch. II, kap. 5. 6. Denique a. 1394 transactum de iure sociorum, qui nominantur *der burgermeister, schultheifs, die ammann, die räte, burger, landtlüte und alle lüte gemeinlich der stetten und ländern Zürich, Bern, Solotorn, Lucern, Zug, und das ampt ze Zug, Uri, Schwitz, Underwalden und Glarus,* composita Austriacorum iura advocatiae ac vectigalium, Helvetii autem cum civibus Austriacis coniurare vetiti sunt. Tschudi I, 581.

Universitas hominum de Abbacella aliique finitimi tum abbati Sangallensi eiusque ministerialibus subditi reipublicae suae, »lendli und teller«, Zellweger Appenzeller Urkundenbuch I[a], n. 116, curatores creabant, advocatum imperator ad a. 1345 usque pro S. Gallo, l. c. n. 84, iudices abbas instituebat. Rhaetiensium pars maior antiquitus episcopi Curiensis fuerat, aliique ei Karoli IV privilegio, Austriacorum investitura, variis territorii adquisitionibus accesserunt, ceteri altam Rhaetiam incolentes Fabariensi ac Desertinensi abbatibus, comitibus de Werdenberg, Raetiensibus (Razüns) aliisque nobilibus subiecti erant. vallis Tellina et Clavenna ad Vicecomites Mediolanenses transiit. Quo tempore autem civitas Suitensis primo iusiurandum imperatori denegavit, a. 1401. Tschudi I, 611, ceterisque multis iam ecclesiarum officiales vel puniendi vel offendendi facultas data erat, Müller Schweizer gesch. II. kap. 7. not. 305. 311. 334, quum Glaronenses a monasterio Secconiensi redemti omnes pleno statuliberorum iure uti coeperunt, Tschudi I, 587. Blumer l. c. 77, et claves Italiae, vallis Lepontina atque advocatia Urserensis, quae monasterii Desertinensis sub Imperio constituta erat, sociorum ditioni subiectae sunt, a. 1410. 1415. Tschudi I, 654. II, 25, iamque non iura solum sed nummi etiam Helvetiis communes introducebantur,

a. 1425. Tschudi II, 157: alta Rhaetia olim Prima dicta fere omnis societatem cum Glaronensibus a. 1400, Tschudi I, 603, mox inter se civitates ac nobiles foedus sempiternum, »der obere grawe pundt« a. 1424, Tschudi II, 153, adversus Curienses cum comite Werdenbergensi coniunctos »der gottshauspundt, der schwarze pundt«, a. 1393. 1396. Tschudi I, 580. 593. (de nomine cf. Müller Schweizer gesch. II, kap. 7. not. 776. III, kap. 2. not. 606.) inierunt, et universitas hominum de Abbacella cum municipio Sangallensi adversus abbatem coniurata a principatu ac mox a vectigalibus liberam rempublicam recuperavit, a. 1400—1407. 1421. 1439, Tschudi I, 630. II, 136, atque societati Helveticae a. 1411 accessit. Tschudi I, 656. II, 570. Simul quo nihil gravius accidit, municipes ac nobiles Helvetii, qui reipublicae coniuratorum coniuncti non erant, pro pace ac bellis a. 1410 inter se foedus constituerunt, quo Austriae et S. Imperii opes spernerentur magis quam iura defenderentur. Tschudi I, 650. Tum vero duci Austriaco praeter consensum ac pacem, a. 1412. Tschudi I, 659. 662, nil fere relictum erat. mox proscriptus ille Argoviam, quam ex antiquo provinciae comitatu, supra XV not. 25, princeps habuerat, et iura advocatiae Glaronensis amisit a. 1415. Tschudi II, 14. 19. 38. omnino extra Tokenburgensium fines Rhaeticos nulla fere Helvetici principatus spes supererat, et ea ipsa interiit, quum ultimo Tokenburgensium a. 1436 mortuo alii in sinu Rhaetiae Primae sub decem iudicibus divisi uno reipublicae foedere, »der zehn gerichten pundt«, a. 1436 coniungerentur, alii in marca Tucconia degentes iam a. 1427, Tschudi II, 191, mox Castrensis provincia et municipium Uznacense a. 1469, Tschudi II, 699, cum magna territorii parte, quod Kiburgensium olim et Austriacorum fuerat, a. 1438—1469, Tschudi II, 259, Helvetiorum ditioni cederent. Deinde inania Austriacorum desideria Thuricino foedere, Tschudi II, 444, et Francogallorum auxiliis Helvetios coërcendi, ac vana spes in discordiis, quae inter socios excitarentur, posita. Itaque Albertus dux, quum domus suae fortunam pace a. 1452 facta fere desperatam vidisset (nam habebat in tota Alamannorum provincia nil nisi »Zelle in Underse, Waltzhut, Löffenberg, Seckingen, Sungöw, Elsäfs, Brifsgöw, Schwartzwald, Villingen, Hochenberg«), cum Helvetiis ipsis foedus ineundi consilium cepit. Tschudi II, 645. sed mortuo illo arma invicem inferri et Burgundiae dux ad bella incitari coeperunt. Tum vero res publica Helvetiorum firma erat, et Rhaetiensium tres provinciae iam eodem publici iuris vinculo, »die drey pündte, grawpündten« a. 1471, comprehendebantur. privatas suas quaeque civitas aut provincia propria auctoritate leges sibi condidit, et qui dediticio loco antea positi erant, cum statuliberis una civitas effecti sunt. Bluntschli I, 183. Schauberg Zeitschrift I, 40. 76 not. 2. Demum quum imperator, qui Germanos universos a. 1499 sub Imperio coniungeret, discrimen reipublicae adduxisset, Helvetii omnes Suevico foedere denegato bella parabant et Germanorum auctoritatem sequi desierunt.

Iudicia Helvetiorum, qui nec homines advocaticii nec municipes fuerant, ita praecipue dividebantur, ut advocati imperiales alia et alia provinciales exercerent. illorum officia ad rempublicam Helvetiorum transierunt, cum his principatus Austriacorum praesertim coniunctus est. Nam comitatus *Nellenburgensis*, et advocatia statuliberorum, qui *in superiori Turgowe* degebant, et iudicium *provinciae Rhaeticae* imperatoris nomine a vasallis administrabantur. Primum *das fry landtgericht im Höggaw und in Madach* et tertium *das Kayserlich frey landgericht zu Ranckweyl* domus Austriaca saec. XIV (cf. append. III) habere coepit. secundum advocatus de Frowenvelt inde ab a. 1307 (Zellweger Appenzeller urkundenbuch I[a], n. 57.) postea Constantienses habuerunt. Vitr. illustr. IV, 685 seqq. (Kreuter) Gesch. der Vorderösterreich. staaten I, einl. LIII seqq.

29. Sueviae tres praecipue partes distinguendae sunt, municipia imperialia, comitatus Wirtenbergensis, principatus Austriacus. Municipiorum fundamenta imperatores Staufenses posuerunt (Stälin II, 662.), eorumque foedus mox reipublicae speciem formabat, cuius auctoritas, foedus, iudicia saepe ab exteris petebantur. cf. infra XVI not. 39. Pfister Gesch. von Schwaben II[b], 271. Tröltsch Abhandl. II, 140. Datt De pace publica 39. Müller Schweizer gesch. II, kap. 6. not. 203. kap. 7. not. 825. 864. III, kap. 12. not. 168. Tschudi Chron. Helvet. I, 505. 618. Zellweger Appenzeller urkundenbuch I[a], n. 124. 125. Anno 1376 quatuordecim urbium municipes pro iure suo sicut Helvetii ac praecipue contra comites Wirtenbergenses foedus sempiternum inierunt. anno 1379 iam 34 civitates coniunctae, ac socii intra Helvetiorum et Alsatiensium fines quaesiti, Datt de pace Imperii publ. 1—81, sed adversa belli fortuna a. 1389, Senckenberg Reichsabsch. I, 92. 101, oppressi ac iudicibus ab imperatore pro pace publica in Suevia positis subiecti sunt. Ita municipes cum nobilibus initio commune iudicium, inde ab a. 1487 »foedus Suevicum« habebant ac tamquam socii, non propriae reipublicae causa, magis sine domino quam in libertate iura sua exercebant. Datt l. c. 271 seqq. Austriaci principatus initia ab advocatia provinciali Sueviae superioris derivantur, cui exercendae imperatores vasallos suos instituebant. Böhmer Reg. imp. 1246—1318 add. I, 385. n. 1184. Propter bona Imperii in provincia Brisigaviensi sita praecipuus comitatus Brisigaviae provincialis erat, cui administrando comes Habbergensis, supra XV not. 5, sub eoque a. 1305 quinque »conservatores pacis«, mox ab a. 1318 (privilegia regia sequebantur a. 1334) comites de Friburg eorumque heredes praeerant. Schreiber Urkundenbuch I, 179. 303. Münch Gesch. von Fürstenberg I, 155. 193. Schöpflin Hist. Zar. Bad. V, 368. 416. 419. Quo tempore comitatus ille Austriacorum familiae cessit (a. 1368. Münch l. c. 199.), Habspurgenses iam regni territorialis fundamenta ab utraque Danubii parte emtione ac successione posuerant. (Kreuter) Gesch. der Vorderösterreich. staaten I, LVII. 43. II, 86. 89. 92. Münch l. c. 193 not. 4. 199. mox comitatus Hohenbergensis accessit ac ducum Baiuvariorum quam Conradini successione habuerant, supra XV, not. 16, advocatia provincialis. et a. 1444 Austriaca territoria in diversis Alamanniae partibus sita sub uno advocato, a. 1490 unius regni nomine sub principe coniungi coeperunt. Schrötter Oesterreich. staatsrecht 130. Eadem aetate qua principatus Austriae, ex territoriis comitum Wirtenbergensium per ducentos annos emtione ac successione sub uno principe coniunctis ducatus formabatur, quo omnis fere Suevia in sinistra Danubii parte, praecipue Nifariorum et Tuwingensium bona ac ducatus de Tecke comprehendebantur. Cf. docum. saec. XIV apud Sattler Würtembergische Geschichte II[b], 119. 123. 141.

Iudicia Suevorum, qui statuliberi privilegio exemtionis carebant, ut palatina ita ducalia circa a. 1250 divisa sunt. comites palatini de Tuwingen, supra XV not. 13, advocatiam regni (cf. docum. a. 1122. Monum. Boic. XV, 370.) et Wirtenbergenses »iudicium Ulmense in Pyersse« (cf. docum. a. 1259. Stälin II, 499.) exercebant: quum Rudolfus imperium accepit, et pro ducis atque palatini officiis advocatos imperiales in superiori et inferiori Sueviae partibus (cf. supra XV not. 20. 29.) posuit. Tamen advocati Sueviae inferioris usque ad a. 1378 fere semper comites Wirtenbergenses erant, iidemque iam illa aetate iudicium provinciale privilegio regis a. 1361 confirmatum et sub imperiali curia constitutum (Sattler Würtemb. Gesch. II[b], 141.) ab antiqua sede Canstatensi (Sattler l. c. 53. n. 25. a. 1300) ad aulam, »landhofmeister und räthe«, transtulerant. Memminger Beschreibung von Wirtemberg 67. Sueviae universae, a. 1389 pacis foedere coniunctae proprium iudicium imperiale *das kaiserliche landtgericht in Ober- und Niderschwaben* constitutum est, supra XV not. 29, de quo ordinabatur: »die landgericht sollen, wie von alters herkommen, in den dreyen

reichsstätten Ravenspurg Wangen und Isny, und dann in dem flecken Altdorf genant Weingarten (quae urbs Austriaca erat) gehalten werden.« cuius iudicii circulo, *defs hailgen Römischen Rychs stett, die den bund mit ainanderen haltend in Sekwaben*, sive *der bund um den see*, ab occidente fines Fürstenbergenses, a septentrione Wirtenbergenses ac Danubius, ab oriente Licus flumen et praefectura Augustana, a meridie Rhenus atque Helvetia adiacebant. Ulmense illud (cf. docum. a. 1331. apud Lang Regesta Boica VI, 364, et a. 1367. apud Sattler l. c. 161. n. 136.) imperiale iudicium *landtgericht auff Lüttkircher hayd und in der gepirs* intra fines, ac proculdubio pars eius erat. Vitriar. illustr. IV, 682. 685. not. 2. 687. not. 6. Kreuter l. c. I, XXXVII. XLIII. seqq.

Iuxta Austriacos ac Wirtenbergenses principes manebat territorialis Fürstenbergensium dominatio (supra XV not. 19. 21.) quibus Rudolfus rex a. 1283 comitatum in Baar in feudum dederat. Gerbert Hist. silvae nigrae III, 202. Münch Gesch. von Fürstenberg I, 271. not. 1. 279. Civitates eorum Dornstetten, Villingen, Haslach, Fürstenberg etc. privilegio de non evocando fruebantur. Schöpflin Hist. Zar. Bad. IV, 269. (confirm. a. 1298. Böhmer Reg. Imp. 1246—1313 add. I, 393. n. 605.) Mox quidem territorium minui coepit (a. 1326. 1388. Münch l. c. 335. 351.), sed quidquid supererat a. 1414 tamquam una provincia principi confirmata, eique a. 1418 quae amiserat restituta sunt. Münch l. c. 357. 370. 373. 394. 400. In isto comitatu statu liberi, nisi exemti erant, iudicium Heiligenbergense adibant. Vitriar. illustr. IV, 687.

XVI.

1. Duorum praesertim municipiorum iura in Alsatiae urbibus vigebant, Columbariense et Hagenoviense. illo commune cum iure Friburgensi in Suevia et Helvetia vinculum iunctum est. Columbariense receperunt burgenses in Bruntrut, cives in Kaisersberg et villae Durenkem, oppidum Monasterii in Valle S. Gregorii, burgenses in Dela. Hagenoviense reges proposuerunt oppido Landaw, municipio Hagenbach, civitati Selz, foro Reichshofen, municipio Sulz. Cives Schlettstadienses, Maurimonasterii, Ettenheimenses, Wissenburgenses, Mülhusani, Bergheimenses, Haltkilichenses singularia iura habebant. Cf. append. III. supra XIV not. 45. Ius provinciae civile in Alsatia conditum non est.
2. Principatu Austriae in occidentali parte Helvetiae exigua tantum species iuris provincialis condi potuit. nam statutum Vitoduranum receperunt soli cives Mellingenses, Bulacenses, Elgovienses. At in ipso Austriae territorio Surseenses, Zovingenses, praeter eosque Lucernenses, Sangallenses, Thuricenses, Steinenses, Rapperswilenses, Frowenfeldenses, Wesinenses, Rinveldenses, Lichtensteigenses, Hilandenses, Wildenburgenses, Curienses, Theotunici in Rhaeticis coloni singulari suo quisque iure utebantur. Ceterae minores Helvetiae civitates, villae praecipue si documenta saec. XIII —XV prioris aetatis exempla esse possunt, advocatiae causa nonnunquam communia inter se iura receperunt. ii e. gr. qui advocato Grüningensi subiecti erant in vicis Tunreton, Altorff, Fischental, Wald, Wiedikon, qui Constantiensi in vicis Wigeltingen, Altnow, Pfinn, qui Kiburgensi in vicis Kyburg, Nerach, Wädenschwil, Andelvingen, qui Knonaviensi in vicis Knonau, Obermettmesteten, Borsikon, qui Regenspergensi in vicis Altregensperg, Sünnigken, Steinmaur, Dielsdorff etc. Solas Thuricensium leges propter eximiam municipii illius auctoritatem Scaphusani et Waldshutani suarum legum fundamenta posuerunt. Iura singularia saec. XIV et XV imminui coeperunt, quum provinciae sub proprio iure constitutae, ut Suitenses, Uranienses, Glaronenses, Abbacellenses, Tugienses, Rhaeti grisei, leges sibi conderent,

»landrechtsbrief«, et municipia Helveticae reipublicae principalia, Thuricum scilicet, Lucerna, Berna, ius urbanum in dies magis ad eos transferrent qui agros finitimos colebant. Cf. append. III.

3. Praecipuum municipiorum Suevicorum ius Friburgense provinciam Alamannorum cum Colonia et septentrionali Germaniae parte coniunxit. Deinde propositae eaedem leges sunt burgensibus de Friburgo in Burgundia, Bernensibus, a quibus aliae multae civitates iura sua derivabant, oppidis Steinbach, Diezenhoven, Heiningen, Sulz, Villingen, Scerra, Ueberlingen, ab iisque rursus civitates Buochhorn, Ravenspurg, Kaufbeuren, Brisacum leges suas habebant. Ius Esslingense transiit ad civitates Ulma, Reutlingen, Memmingen, Sulgen, Dinkelspühl, Biberach, Canstatt. Ius Tuwingense receperunt cives de Sindelfingen, ius Lindaviense Leutkirchenses et Isninenses. Iure singulari utebantur Sigmaringenses, Veringenses. Anno 1495 cum ducatu etiam ius provinciae Wirtenbergensis conditum est. Cf. append. III.

4. De provinciali vel civili potius iure quod »landrecht« dicunt solo disserere volui. nam quae de feudali iam acta sunt (Homeyer Sachsenspiegel II.) et ipsas Suevici iuris quaestiones absolvunt. Illius igitur cognitio ex iis praecipue libris mscr. petenda est, qui aetate et ordine capitum insignes (not. 10.) genuinum opus speculi Suevici exhibeant. His adnumerandi sunt varii codices saec. XIII. scripti

   A) Friburgensis, nunc Lafsbergianus mbr. a. 1287 scriptus.
   C) (Norimbergensis?) nunc Pestinensis musei Iankowich, mbr. Lafsberg verz. n. 124.
   D) Augustanus, postea Krafftianus (a Schiltero editus) nunc Giessensis, mbr. Lafsberg n. 40.
   E) Monacensis tabularii municipalis, mbr. Lafsberg n. 115.
   F) Welferbitanus inter Augusteos 15. 2. mbr. Lafsberg n. 185.
   G) Turicensis, mbr. Lafsberg n. 196.

Praeterea vetustissimam speculi formam exhibent unius familiae codices:

   B 1. Ambrasianus nunc Vindobonensis Palatinus 214. mbr. saec. XIV. Lafsberg n. 158.
   B 2. Einsidlensis 425. saec. XIV. mbr. Lafsberg n. 24.
   B 3. Stuttgardensis mscr. iur. 4. saec. XV. chart. Lafsberg n. 144.
   B 4. Regiomontanus saec. XV. mbr. Lafsberg n. 73. (iam auctus.)

Ordo libri antiquus ac textus a vetusta recensione non multum distans invenitur in aliis codicibus iam interpolatis, quorum origo iam ad communem cum antecedentibus familiam reduci poterat. tales sunt:

   a. familiae AD.) Bergerianus a. 1434 scriptus. Lafsberg n. 8.
   b. fam. A.) Bernensis A. 37. Francogallicus saec. XIV. mbr. Lafsberg n. 10.
   c) Friburgensis saec. XIV. chart. Lafsberg n. 32. (cui desunt multa.)
   d. fam. Abq.) S. Gallensis 726. saec. XIV. chart. Lafsberg n. 38.
   e. fam. D.) Lüneburgensis saec. XIV. mbr. Lafsberg 82.
   f. fam. A.) Monacensis regius Cod. German 23. saec. XIV. mbr. Lafsberg n. 91.
   g. fam. Aw.) Rosenhaimensis nunc Monacensis regius Cod. German. 223. a. 1465 scripto, chart. Lafsberg n. 96.
   h. fam. Aw.) Monacensis regius Cod. German. 228. a. 1465 scriptus, chart. Lafsberg n. 97.
   i. fam. A.) [Augustanus?] nunc Monacensis regius Cod. German. 513. a. 1436 scriptus, chart. Lafsberg n. 103.
   k. fam. Aw.) SS. Andrae et Magni in Stadtamhof nunc Monacensis regius Cod. German. 554. saec. XV. chart. Lafsberg n. 106.

l. fam. Aw.) Monacensis regius Cod. German. 555. saec. XV. chart. Lafsberg scriptus, n. 107.

m. fam. Aw.) Aspacensis, iam Monacensis regius Cod. German. 557. saec. XV. chart. Lafsberg n. 1. 109.

n. fam. Aw.) Augustanus iam Monacensis regius Cod. German. 558. a. 1462 chart. Lafsberg n. 110.

o. fam. A.) Stuttgardensis mscr. iur. 70. saec. XIV. chart. Lafsberg n. 145.

p. fam. Aw.) Weingartensis nunc Stuttgardensis collect. reg. H. 41. saec. XV. Lafsberg n. 149.

q. fam. AG.) Telbangerianus nunc Lafsbergianus saec. XIV. mbr. Lafsberg n. 151.

r. fam. A.) Tubingianus bibl. univers. a. 1424 scriptus, chart. Lafsberg n. 154.

s) Turicensis Bibl. capellae SS. Felicis et Regulae in aquis sitae (Wasserkilch) C. 15. saec. XV. chart. Lafsberg n. 197.

Varii codices ex libris saec. XIII descripti iam interpolati sunt, scilicet

t. familiae A.) Basileensis univers. C. IV, 15. chart. ex libro a. 1288 exacto saec. XV. transcriptus. Lafsberg n. 4. (? cf. not. 13.)

u) Harrachianus ex libro a. 1282 exarato saec. XV transcriptus. Lafsberg n. 56.

v) Uffenbachianus ex libro a. 1282 exarato a. 1314 transcriptus. Lafsberg n. 155.

et inter ceteros posteriores, quorum recensio nondum mutata est, praesertim

w. fam. A.) Codex Hunkoferi (Norimbergensis?) tum Ebnerianus, nunc Lafsbergianus saec. XIV. mbr. Lafsberg n. 22.

x) Hugianus saec. XIV. chart. Lafsberg n. 34.

Inter hos codices omnes, quicunque antiquae formae vestigia prae se ferunt, cognitae nobis manuscriptorum familiae A. B. D. G., et codices A. B 1. Lafsbergianus scilicet et Ambrasianus, quorum alteri respondet editio Lafsbergiana, alteri Wackernageliana, fide maxime digni sunt, quia soli cum antiquo Saxonici iuris libro, qualem ex codice Quedlinburgensi cognovimus, omnino consentiunt. Codicis A permulta folia deperdita sunt, et exstant nunc duae continuae partes iuris civilis, altera Lafsberg LandR. 79—129. 131—136. et altera 161—377. et folium unum quod continet fragmenta Lafsb. 138. 139. Ambrasianus B 1. integer exhibet capita Lafsberg. vorw. 1—47. 49—155[a]. 156—162. 164—166. 168—192[b]. 193[a.b]. 194—197[a]. 198. 199. 201—203. 206—210. 213. 216—218. 220. 222—246. 248—256. 258—265[a]. 266—331. 333—347. 349—352. 354—370. at continet quae mihi additamenta videntur esse ideoque in codice A desunt, capita Lafsb. 314 I. II. IV. 327 I. 349 I[b]. 363 I. 368 I. Pro priori itaque parte in cod. A. deperdita codex B 1. sola norma est, et Lafsbergianae editioni ad exemplum codicis G. congestae in eo praecipue, quod caput Lafsb. 48. in genuino textu scriptum putetur, fides deneganda est. immo additamenti speciem ea lex prae se fert ob insolitam illam formulam *ich mein.* cf. not. 11. Sed in altera parte si differunt inter se codices A. B 1, quaestio pro utriusque codicis fide difficilis est. Codex B 1. plerumque leges breviori, quam alter, forma conceptas earumque velut epitomam ad ea, quae ICi maxime intersunt, reductam proponit. ista igitur brevitate plus uno loco (cf. not. 23.) suspicio movetur et inductus sum, ut libri Ambrasiani auctorem opus suum ex genuino ac primo textu summa cura haustum circumciso sermone composuisse putem. nam series et ordo legum in utroque codice idem ubique est. At vero desunt in Ambrasiano loci ac verba nonnulla, quae Lafsbergiani codicis fide vix defenduntur:

Lafsb. 138. nam finis repetitus est ex Lafsb. 111.

Lafsb. 167. nam deest in aliis permultis codicibus, praecipue D. G. w. et est mera repetitio capitis Lafsb. 161. 165.

Lafsb. 193[c]. fin. nam verba »Nu gestattent« etc. alludunt ad Rudolfi const. Bopard. de moneta a. 1282 et librarii glossa videntur esse.

Lafsb. 265. nam ex anterioribus speculi legibus, non Saxonici iuris loco LandR. III, 9. §. 4, qui ipse in Quedlinburgensi deest, repetita lex videtur esse.

Lafsb. 284 fin. nam locus repetitus est ex Lafsb. 11[c].

Lafsb. 332. nam deest etiam in cod. G., ac de simili re praeceptum iam exstat Lafsb. 317.

alia quidem desunt, quae Lafsbergiani mscr. fide et Saxonici iuris, qualis in codice Quedlinburgensi exstat, ordine ac textu defenduntur, scilicet:

Lafsb. 155[b]. 174[b]. 192[b.c]. 193[c]. 197[b]. 200. 201[f]. 211. 212. 213 fin. 214. 215. 219. 221. 247[a]. 257 in. 296. nam praecepta illa ex iisdem Saxonici iuris capitibus aliisve fontibus, ex quibus proxima quaeque antecedens, desumpta sunt.

alia denique ut incomperta in medio relinquam:

Lafsb. 51 fin. 170[c]. 171. 194 fin. 204. 205. 247[b]. 257 fin. 348. 349 fin. 353. 371—377.

Codices D. G. ambo non ea, qua A. B 1. fide digni sunt. In illo iam ordo antiquus ita turbatus est, ut leges in principio vel priori parte libri positae (Lafsb. 28. 29. 39. 40. 44. 45. 48. 54. 55. 67[b]. 97.) in fine operis colligerentur. Praeterea in duobus illis codicibus permultae leges additae inveniuntur, in fine praecipue codicis D. et in continua serie textus G. (in edit. Lafsberg. numeris I, II etc. et minoribus typis insignitae), quae certo omnes ab antiquo textu abfuisse putandae sunt. Pro nostra igitur quae nunc est librorum mscr. cognitione iudicium de vetusta speculi Suevici forma ex codicibus A. B 1. ferendum est, eorumque textum ac verba ob oculos habui, quum, collectis in fine additamentis, fontes libri in appendice II proponerem.

5 Legum libri manu exarati, ubicunque quum lex in iis scripta vigebat exstiterunt, ibi vix alia ex causa, quam ut iudicia iuxta illos exercerentur, fuisse putandi sunt. Itaque qui catalogum a Lafsbergio de libris speculi Suevici msscr. propositum, ceterasque postea notitias de huiusmodi codicibus datas perlegerit (Pertz Archiv VII—IX. Serapeum 1842, 348. Mone Anzeiger 1839, 29 seqq. Spangenberg Beitr. 77 seqq. 145 seq. Münchner gelehrte anzeigen 1837 n. 30.) in meridionali praecipue Germaniae parte, Moeno terminata, libros illos observabit divulgatos esse. In Suevia, nam ipsi »duces« Wirtenbergici iuri dicundo proprium exemplar feruntur habuisse (Lafsberg n. 24. 143.), in Bavaria et Austria quam plurimi codices speculi Suevici inveniuntur, paucos in Helvetiam ecclesiastici (Lafsberg n. 69.) aut, sicut in Alsatia (Lafsberg n. 61. 122. 13. 1381—42.), imperialium municipiorum iudices (Lafsberg n. 4. 5. 7. 35. 36. 38. 110.) videntur transtulisse. quin etiam a. 1356 Latine (Münchner gelehrte anzeigen 1841 n. 130—132.) ac saec. XV, incertum cui usui, Francogallice, (Lafsberg n. 10.; *Le miroir de Souabe publié par Matile.* 1843) textus legum redditus est.

6. Huiusmodi titulum complures libri msscr. saec. XV. (Lafsberg n. 63. 92. 94. 135. 136. 152. 167. 182.) iique praesertim exhibent, in quibus liber iuris Saxonici cum Suevico tamquam interpretatione coniungitur (Lafsberg n. 58. 60. 82. Eichhorn D. St. u. R. G. II, 307.). *Des Kaysers puch* allegatur in documentis Benedictobur. saec. XIV. XV. Monum. Boica VII, 179. 270. 300. 308. »Des riches rechte« in KaiserR. II, 37. In textu speculi passim *daz buoch, diz buoch* obvenit, ut opus ipsum significetur.

7. Cf. Bebenburg De iure regni et Imp. Rom. cap. 3. A Karolo M. rege voluminis originem ducunt libri manuscripti apud Lafsberg n. 67. 94. 104. 107. 164. 182.

Serapeum 1842, 348. 1846, 237. De speculo Suevico intelligendum est quod in docum. Patav. a. 1417 in Monum. Boicis XXXI[b], 148. dicitur: *Und wann das wider got und alles rechte und nemlich geistlichs und ouch kaiserlich gesetzte und besunder die man nennet Karlmann und dortzu alle vernunft und alte herkommen ist.* Auctor libri ipse, ubicunque aut Alamannorum aut Baiuvariorum leges, adhibuit aut vetustatis auctoritatem laudat, a Karoli M. nomine initia quae laterent consecrare studebat. Schwabenspieg. Lafsb. 1[b]. 32. 51. 118. 326. 331. 343. 360. 361. 364. Wackern. 1. 31. 44 (not. 26.). 98. 273. 274 (not. 57.). 278. 294. 295. 300. Zus. 399.

8. Cf. documenta a. 1417 etc. supra in not. 6. 7. et Augustana a. 1397. 1428 in notis ad Spec. Suev. ed. Lahr in Senkenberg Corp. Iur. Germ. II[a], 425. not. z. 488. not. Q. ac Lahrii praef. §. 19. In documento Augustano a. 1459. Monum. Boica XXXIV[b], n. 198: *gewere lenger dann landsrecht sey* respicit ad Schwabensp. Lafsb. 56 seq. Quoad Bavariam cf. Rudhart Abrifs der gesch. der Bairischen gesetzgebung. 1820, 16. Quoad Austriam cf. Lambecius Bibl. Vindob. II, 825. Moser Staatsrecht II, 181. Quoad Helvetiam cf. Müller Schweizer gesch. III, kap. 5. not. 76. kap. 7. not. 136. Voce »semper« et »semperlüt«, Helvetii adhuc saec. XIV utebantur, supra XIII. not. 29. Quae affert Bluntschli I, 233. ex statuto Vitodurano: *machent sü das aigen nit enandern nah Swabenrecht*, quamvis alludant ad Schwabensp. Lafsb. 76. Schw. LehnR. Lafsb. 60, tamen directe ad codicem legum referri nequeunt. Cf. adnotationem ad Leg. Alamann. reform cap. LV. Libellus De historia iuris Tugiensium, cuius in pagina 8 Renaud de eadem re tractat, ad manus mihi non fuit. De vigore speculi in iudicio Palatino cf. Moser Staatsrecht l. c. Rössig Gesch. des D. PR. 146. Omnino cf. allegationes in Mittermaier D. PR. I, §. 9. not. 7.

9. Ex speculo Suevico multae leges statutariae ac provinciales aut verbis ipsis aut de iure saltem prodierunt:
   a) compilatio Ruprechti Frisingensis cf. ed. Maurer praef. LXXXVII seqq.
   b) statuta Turicensium (Schauberg Zeitschr. I, 228. 235 seq. 373.) et alia diversa ab illis profecta, de quibus cf. Lafsberg Schwabensp. not. 18. 19. 45. 57. 112. 197. 208. 240*.
   c) statuta Rhaetiae quae *landbücher* dicuntur. cf. Lafsb. l. c. 18. 20. 53.
   d) statuta Sigmaringensium et Aspergensium. cf. Mone Anzeiger 1835, 160. Reyscher Altwirt. Stat. R. 109. 112.
   e) ius provinciae Austriacae c. a. 1300 conditum apud Senkenberg Visiones diversae de collect. Legg. Germ. 213.
   f) ius provinciae Bavaricae a Ludowico duce c. a. 1348 scriptum. cf. notas edit. Wackernag. Libri auctor tam Ruprechti opere quam speculo Suevico usus est. Rudhart Gesch. der Baier. gesetzgeb. 18.
   g) Variis quoque locis auctorem libri, qui *Kaiserrecht* dicitur, in II parte operis sui speculum adhibuisse ex eoque ius Imperii demonstravisse, ex notis edit. Wackernagel. concludi potest. Cf. Rhein. mus. für iurispr. VII, 319 seq. Götting. gel. anzeig. 1836, 436.
   h) Ius Culmense vetus. Schweikart in Kamptz Jahrb. f. Preufs. gesetzgeb. XXVI, 266.

10. Iuris Saxonici volumen, Sachsenspiegel, tum in libros nondum divisum erat, Eichhorn D. St. u. R. G. II, §. 282. not. dd, formaeque, qua conceptum exstabat, codex Quedlinburgensis (Homeyer Verz. n. 365. Sachsensp. I[a], einl. XXVII. II[a], 31.) proxime accedit, cuius capitulorum etiam distinctiones cum libro Suevico (ex codd. Lafsbergiano et Ambrasiano) plerumque conveniunt. Praeterea civiles ac feudales leges iam uno Saxonici libri volumine comprehensas fuisse, allegationes illae docent, quas

auctor Suevici libri affert Lafsb. 1[b]. 2. 142. 146. 153. 220. 331. De aetate utriusque voluminis, utrum altero prius confectum sit, viri docti ne nunc quidem consentiunt: at Conringii De orig. iur. Germ. 185. sententia »videtur autem auctor speculi Suevici omnino imitatus speculum Saxonicum« iustissima est. Cuius argumenta haec sunt:

a) transumpti a Saxonico libro loci de Saxonum iure Lafsb. 117[a]. 136.

b) ea, quae de episcopis Magdeburgensis metropolitani suffraganis in utroque libro laudatis ingeniose disseruit Sachsse in Wilda's Zeitschr. X, 79.

c) propter intimam illam feudalis ac civilis iuris coniunctionem disquisitiones de Saxonici iuris prioritate editae in Homeyer Sachsensp. II[a], §. 10.

d) ea, quae de aetate legum aliquot speculo Suevico propriarum infra not. 28. attuli.

e) Aperta Saxonici iuris laudatio in Lafsb. 54. et tamquam antiqui iuris »hievor in der alten é« Lafsb. 310.

f) Analogia codicis Hollandici »Dat boec der keyser rechten«, qui et ipse originem ex speculo Saxonum duxit. Eichhorn D. St. u. R. G. II, §. 281. not. r.

11. In variis speculi Suevici codicibus supra notatis A. b. d. o. ac praeterea in Basileensi bibl. univ. C. IV, 15 (Lafsberg verz. n. 4.), Argentinensi quem maiorem dicunt (Lafsberg n. 140. Reyscher praef. edit. Lafsberg XV.), Vitodurano (Lafsberg n. 182.) Argentinensi bibl. univers. C. II, 25 olim Waldneriano ac Scherziano (Ed. Schilteri Antiqq. Teuton. II, 5. Lafsberg n. 138.) post cap. Lafsb. 219. adscripta nota finalis est, in Lafsbergiano: *Nu vernemen alle die. die iemer diz buoch angesehen oder hoeren gelesen. Den kunde ich Cuonradus von Lücelenhein ein ewangelier daz ich diz buoch geschriben han minem herren herrn Gregorien von Valkenstein. und wart angevangen ze Vriburg unde wart vollebraht ze Verstetten uf dem huse. mit allen den dingen alse irz hie vor iuch sehent. Diz geschach in dem iare do man zalte von gotes gebürte zwelf hundert. ahzeg und siben iar an sante Bartholomeus abent. unde vahet hie an das buoch von lehen rehte.* et in ceteris Theutiscis: *hie ist das lantrechtbuch ufs* sive *hie hat daz lantrechtbuch ein ende* (quae verba alias desunt) *hie vahet an daz edel daz da heisset von lehenrechte* sive *hie hebet an daz buch das do seit von lehenrehte, und heisset daz rehte lehenbuch, und seit von dem lantrehte also es die kunige gemaht hant.* Huic externo divisionis signo internae diversitatis vestigia accedunt:

a) quod posterioris partis compilator intentius, quam qui priorem partem composuit, verba Saxonici iuris retinendi studium videtur habuisse forte diligentia motus, ut dialectum magis mutaret quam legem.

b) quod in parte posteriori leges prioris libri aut verbis ipsis repetitis aut epitomatae quoad regulas iuris obveniunt. cf. allegationes in tabula append. II. Et in ipsa quidem priori parte aliae leges aliis laudatis explicantur (*als diz buoch hievor seit, als hievor geschriben ist* etc.), nec frequens tamen neque ita ut ius denuo largo sermone proponeretur. istae omnino repetitiones argumenta additamenti sunt in iisque praecipue legibus inveniuntur, quae variis in codicibus textui vetusto ac genuino additae sunt.

c) auctor posterioris partis pluribus, quam alter, locis ita loquitur: *ich spreche* L. 234. *ich meine* L. 238. *ich han genennet* L. 308. *alse ich han gesprochen* L. 317. et quamquam in utraque parte libri inveniuntur loci, ut: *wir sprechen* L. 36[a]. 57. 58. 64. 86[a]. 87[a]. 95. 97[a]. 98[b]. 110. 162. 171. 223. 278. 364. *wir heizzen* L. 169. 174[a]. 235. *wir meinen* L. 97[b]. 278. *wir vinden* L. 170[a]. 308. *unser lantrecht* L. 87[a]. 308. *wir lesen* L. 148[a].

170[a]. 312. *wir bescheiden* L. 92. 158. 174[b]. 308. *ir sunt wissen* L. 103[b]. 308. attamen formulae tales ex animis auctorum conceptae multo rariores in altera parte inveniuntur (*wir haben genennet* L. 250. *wir beweren* L. 312.) ibique aut principis cuiusdam edicta (*wir gebieten* L. 358. 363. *wir verbieten* L. 364.) aut ad iudicum officia (*wir suln richten* L. 362.) pertinent. In priori autem parte bis tantum obvenit formula in vocem »ich« concepta: *vrag ich* L. 68[a]. *ich spreche* L. 201[c], et saepissime adversa: *wir sagen* sive *gesagen* Lafsb. vorw. h. 1. 47. 57. 87[a]. 193[b]. *wir erziugen* L. 54. *wir suln iuch bescheiden* L. 66[a]. *wir vragen* L. 68[a]. *wir han daz* L. 68[b]. *wir haben gesprochen* L. 70[a]. 86[c]. 88. *wir nennen* L. 86[a]. *wir suln sprechen* L. 36[a]. 44. 88. *wir bescheiden* L. 92. 158. 174[b]. *wir suln iuch wissen lassen* L. 98[a]. *wir han vor me vnde hie nach me* L. 88. *wir suln iu sagen* L. 168[a]. *wir haben in diz buoch geschriben* L. 201[c]. *als wir hernach wol sagen* L. vorw. [h] 1[a.b]. 47. 57. 58. 77.

Ceterum haec prior pars, si dividi ab altera illa potest, iam absoluta erat, quum posterior conficeretur. nam loci prioris ut anteriores *alse diz buoch hievor seit, als hievor gesprochen ist* etc. in posteriori laudantur. L. 225. 226. 235. 276[b]. 282. 317.

12. Ex speculo Saxonico excerpti sunt textus prologi et libri I, 1—8. 16—71. II, 2—12. III, 52—81. II, 12—59. sive ex codice Quedlinburgensi capp. 1—60. 143—167. 134. 60—79. 82—97. Auctor intersertis, ubicunque oportunum et idoneum erat, iis legibus quae aliunde derivavit, Saxonici iuris ordinem secutus est. Ex Romano iure leges aliquot addidit de fideiussoribus Lafsb. 6, de testibus repellendis L. 13, de exheredatione L. 15, de vigore consuetudinis L. 44, de minoribus eorumque tutoribus et curatoribus L. 51. 52. 59. 60. 62—66, de usucapione L. 56—58, de libertis ac servis L. 68. 70[b]. 71—73[a], de rebus sanctis L. 168[b]. 169, de homicidio culposo L. 182. 183. Ex capitulis imperatorum proposuit praecepta de proscriptione ac de reis laesae pacis publicae atque feloniae L. vorw. [f] 43. 81. 91. 99. 103[b]. 106. 109, de successione ecclesiae L. 30, de divisione principatuum L. 121[b]. ac de rebus infeudari solitis L. 121[c], de Palatini officio L. 125, de hereticis L. 174[b]. Ex statuto Augustano, ut puto (cf. not. 20.) hausit constitutiones de iudicio praefectorum urbis (burggraven) L. 1[a], de heredum obligatione L. 5[b.c], de testibus repellendis L. 13, de vindicatione morgangebae L. 20, de legitima ecclesiae L. 31, de dote (lipgedinge) L. 36. 37, de latrocinio L. 42, de tutela inculpata L. 79, de necessariis heredibus L. 165. 167, de rebus mobilibus L. 168[a], de talione L. 176. Ex statuto Friburgensi derivata videntur esse praecepta de bannitis L. vorw. [f], ac de filio familias ex contractu aleatorio obligato L. 61[a]. Ad leges Alamannorum non tam derivatione quam similitudine quadam pertinent constitutiones de liberis ministerialium L. 67[b], de iudicibus L. 86, de fide instrumentorum L. 159[b] fin. Ad leges Baiuvariorum eadem ratione spectant edicta de successione liberorum ac viduae L. 161. 162. Ex Bibliis sacris desumtae sunt variae leges poenales L. 174[a]. 176. 201, et praecepta de successione filiarum L. 148, atque de aetate decrepita L. 54. Ex canonico iure propositae leges sunt de legitimatione per subsequens matrimonium L. 41. 47. 77, de aetate nuptiis idonea L. 55, de iudiciis ecclesiasticis L. 95. 111. 140. 170[b], de usurariis L. 160. Ad Urbani IV papae decretalem respexisse speculator videtur, quum electorum principum iura describeret L. 122. 130. Varii loci, ex Bertholdi monachi sermonibus, ex Petri historia scolastica ex proverbiisque, quae Vrydank auctori tribuuntur et passim ea aetate divulgabantur (Mone Anzeiger 1839, 622.), repetiti de iure non tractant.

13. Non id mihi proposui, ut quidquid proprii ac singularis in Suevico libro exstat, enumerarem, nam de tali re vix librum scripsisse sufficiet. imo nonnulla exempla, quae ad rempublicam spectent, producere volui. Mutato nomine imprimis ordines populi demonstrantur: *sempervrie, mittelvrie, vrie lantsaetzen.* neque respondent enim iis, quos Saxonici libri auctor laudat *scepenbare lüte, plechhafte, lantseten.* cf. supra XIII not. 29. Quem *burmester* dicit ius Saxonicum, Suevici speculi auctor vertit *burggrave, burg meister, vogt.* quos *latelude* illud, hic *vrie geburen* (cf. supra III not. 37. 39.). quem *gogreve* illud, hic *vogt.* Pro mulctae summa, quae minima ac fundamentum ceterarum est, illud 3 solidos, hic 5 passim proposuit. Praeterea Saxonici iuris singularitates, e. gr. differentia inter hereditatem bonorum mobilium et immobilium et ea quae »gerade« dicuntur, et praecepta de sui iuris hominibus (Eichhorn II, §. 353. not. c. cc.) deleta aut confusione mutata sunt, et ius matrimonii ex canonibus ecclesiae propositum (Eichhorn II, §. 351.), et omnino ecclesiasticae potestati in laicos tantum momenti et clericis commodi (cf. Lafsb. 40. 80ᵇ. 93—95. 137. etc. Conring De orig. iur. Germ. 185. Eichhorn l. c. not. h.) tributum, ut a clerico aut sub episcopi (Augustani?) auspiciis saltem scriptus liber Suevicus possit aestimari. Librum iuris feudalis quidem Codex Croppianus a. 1470 scriptus (Lafsberg verz. n. 131.) confectum esse notat *zuo Nürenberg in dem gebotten hoff an dem mentag noch santt Martinstag so man zalte von gottes geburtt thusent in dem achtesten iare des ersten iars unsers riches,* attamen aut error iste ex Rudolphi constitutione a. 1281, ut opinatur Reyscher, exemplari quod librarius habuerat adscripta natus est (edit. Lafsb. praf. LXXVII.), aut verba potius adprobationem libri ab Alberto a. 1298 in curia Norimbergensi anno I regni eius propositam laudant, sicuti et ipse codex Basileensis (supra not. 4. t.) *Dis buch — wart gemacht und vollenbracht zu Nüremberg in eym berufnem hofe da man zalt von gottes gebürt zweyhundert und aht und ahzig Jar. 1288.* (lege 1298.) cf. infra not. 20. 28. 30.

14. Praecepta authenticae 115. Iustiniani et ipsa in textu recepta sunt. dubito tamen, an ex libro authenticorum lex illa desumta sit. neque alia enim vestigia invenire potui, quibus auctorem libro novellarum usum esse appareret. Complures loci ex brachylogo, quem dicunt, iuris civilis, sive »summa novellarum constitutionum Iustiniani imperatoris«, quam vocat codex Tegernseensis (ed. Böcking praef. LXXXVII.), et textu et glosssis excerpti sunt verbis eius aut ipsis Latinis aut Theutisca versione propositis. Num Digesta et codex Iustiniani pro fontibus Speculi aestimari possint, discernere nolui, pauca enim exempla similitudinis tantum, non derivationis inveniuntur. Introducuntur leges Romanae: *Romsche phahte* L. 1ᵇ. *Disiu rehte satzte der cheiser Iustianus* L. 15. *Die keiser und die kunige hant ditz reht gesetzet* L. 56. A Karolo rege, *kunig Karle,* derivatur lex Romana L. 51 fin. (qui locus deest in cod. Ambrasiano). ICti in libris Romani iuris allegati laudantur: *ein maister — der hat der lantrehte viel gemachet* L. 6. *Ein meister von lantrehte — der half den kungen vil guoter lantrehte machen* L. 68. *Die meister die ditz lantrehtbuoch gemachet habent durch der kunege liebe und den liuten zenutze* L. 73.

15. Cf. Wilda's Zeitschr. X, 88. not. 65. Allegantur *die buoche decret und decretal* Lafsb. 1ᵇ. 140. *diu geschrift diu da heizzet decretalis* Lafsb. 262.

16. Ad Heinricum V imperatorem proculdubio referenda constitutio pacis est, quam anno 1230 attribuit Pertz Monum. Legg. II, 267, quia iam Saxonici speculi auctor ea usus est. Homeyer Sachsenpiegel IIᵃ, 97. not. *. Noster singularem ut edicti illius ita Suevici a 1103 propositi (Monum. Legg. II, 61.) curam habuit.

17. Friderici I const. a. 1156. 1158. 1174. Monum. Legg. II, 101. 112. 144. Friderici II const. a. 1235. Monum. Legg. II, 313. 571.

18. Ut puto constitutiones a. 1274. 1275. Monum. Legg. II, 399. 403 seq.
19. Heinrici regis sent. a. 1231. Monum. Legg. II, 284.
20. De Friburgensi a. 1120 atque Augustano a. 1276 statutis et de Rudolfi legibus res comperta non est, quamquam analogiae laudari poterant, ut saltem vero simile esset auctorem speculi hos fontes adhibuisse. Quum Augustani cives *quasdam sententias sive iura pro communi in unum collegissent ac scripturam memoriae commendavissent et adhuc ampliora et utilia cum prioribus reponere et exinde codicem conficere voluissent*, a Rudolfo rege a. 1276 petierunt, ut *tam scripta quam scribenda auctoritatis suae munimine confirmaret.* et quum rex hoc a. 1276 (apud Freyberg Sammlung deutscher RA. I^a. praef. VII.) adprobasset, quatuor cives Augustani municipii intra a. 1276 et 1281 (cf. Monum. Boica XXXIII^a, n. 138.) legum codicem confecerunt (Freyberg, 1 fin.) qui permultis locis cum speculo Suevico ita congruit, ut alter ex altero libro derivetur necesse sit. Si quis igitur ius municipale pro fonte speculi habebit, his nitetur argumentis:
    a) Lafsb. 56: *Doch hant die keiser den steten sunderlichiu reht verlihen vnde guote gewonheit. der ein teil an disem buoche stet. wan guote gewonheit versprichet ditz buoch nit.* Itaque speculator eos locos, qui ius Augustanum cotinent, ex statuto illo videtur hausisse.
    b) Lafsb. 168^a: *Daz varnde guot heizzet, daz suln wir iu sagen. Golt unde edel gesteine — daz hant in die luite ze einer gewonheit genomen. daz sol erbe guot sin. Guot gewonheit widersprichet diz buoch nuit. Allen harnesch und geschütze, daz went die luite daz ez erbe guot si.* Haec verba ipsa ex stat. August. 92. desumta sunt, et speculator ius municipale ante oculos habuit quum scriberet.
    c) Ad documenta illa supra laudata referre velim Lafsb. 44: *Swaz der keiser und die fursten den steten rehte hant gegeben und diu si selb gemachet hant mit ir gunst daz ist reht ob ez ioh niht gesriben ist* etc.
    d) Statuti Augustani auctores, quamvis multa proposuerint, quae speculi Suevici propria sunt, e. gr. Lafsb. 231. 254, neque libri ullius, unde leges suas repetierint, neque imperialis iuris sive speculi nostri mentionem faciunt.
    e) Sunt nonnulli praeterea codices inter eosque unus saec. XIII, in quibus statuta Augustana speculi libris coniuncti in uno volumine scripti sunt. Lafsb. verz. n. 40. 114. 154.
21. Fontibus fortasse adnumerari potest Epkonis de Repgow chronicon c. a. 1248 scriptum apud Mencken SS. II. Ad chronica illa carmina, »Der kunige buoch« quae saepe speculi libris in eodem volumine adscribi solebant (Lafsberg verz. n. 4. 22. 30. 33. 61. 62. 66. 75. 94. 99. 104. 107. etc.), si quando integra nobis nota fuerint etiam plures proculdubio speculi loci poterunt referri, quorum nunc fontes ignorantur. Lafsb. vorw. f. 169. 245. 260. 313. De Lescando rege haec mihi adnotavit Iac. Grimm: *der König Lescandus ist der letzte, 752 abgesetzte und ins kloster Sithiu gestofsene Meroving, sonst Childerich II oder III genannt. er hiefs aber auch Childericus de Cala (franz. de Chelles) wie sein vater Theodericus de Cala, nach dem kloster Cala (Chelles an der Seine), weil Theodericus, ein sohn Dagoberts III, in diesem kloster erzogen wurde. aus Calensis oder einem französischen lechalens mufs jener deutsche name entstellt sein. Ueber das monast. Cala vgl. ann. Mett. Pertz 1, 327. will man laschund festhalten, so wäre es zur noth französ. laschant, lâchant, lat. laxans, was allenfalls auf einen weichlichen könig geht, im deutschen ist lafshant kein hergebrachtes wort. Fainéant oder Nilfecisse (Aimoin 5, 41.) hiefs der spä-*

tere Ludovicus, ein sohn Karlomanns, aber wie viel könige verdienten den namen.

22. Haec altera libri pars iterum dividi potest. nam capita Lafsb. 219—317 locos Saxonici iuris intersertis aliis legibus, capita 318 usque ad finem locos ex lege Romana Wisigothorum, legibus Alamannorum et Baiuvariorum, Ansegiso etc. excerptos una serie continent. Ex speculo Saxonico excerpti sunt loci, qui supererant libri II, 58—73. III, 1—46. II, 34—37, sive Quedlinburgensis codicis capp. 97—142. 83. 80. Ordinem legum ius Saxonicum praescripsit, alia prout idoneum videbatur esse aut addita aut interserta sunt. Ex iure Romano leges aliquot de conductoris et commodatarii obligationibus ac de furtis Lafsb. 223—233, de acquirendo ferarum ac bestiarum dominio L. 236—243, de Iudaeorum iureiurando L. 260. Ex capitulis imperatorum adiecta sunt, quae de poena furti inveniuntur L. 226. 227. 231, de rapina L. 234. 235. 298, de persecutione reorum L. 253[a], de banno forestae L. 236, de armis ad placitum non ferentis L. 251, de laesa pace publica L. 266, de vindicta privata L. 307[b]. Ex statuto Augustano inserta sunt praeceptum de furti praesumtione L. 231, ac fortasse poena stupri violenti L. 254. Ex iure canonico proposuit auctor varia de Iudaeis L. 262, et de hereticis L. 313. Formula iurisiurandi Iudaeis praescripti L. 263. ex Erfurtensi saec. XII proposito derivari poterat. In altera huius operis parte series legum non ex consilio et ordine doctrinae composita, sed prout quisque locus excerptus est, promiscue omnia congesta sunt, nec ulla re melius, quam tabula in append. II. proposita, describi compilatio ista poterat.

23. Ubique fere exceptis iis verbis, quae auctor intelligere nequiret, Latina lex Alamannorum secundum textum codicis cuiusdam, qui penitus respondebat nostro F 2 sive fonti codicum G 1. 2, in Theutiscam linguam versa est. Speculi codex Ambrasianus has leges epitomatas plerumque proponit, ob eamque causam recentius videtur opus esse, confectum ex vetustiori aliquo, in quo ut in Lafsbergiano mera translatio legum Alamannicarum scripta erat. Speculator de fonte illius iuris Lafsb. 331. haec addit: *Disui reht saste der babest Leo und der kuinig Karle sin bruoder* (cf. Grimm Sagen II, n. 454.) *ze einer concilie ze Rome und der andern rehte vil dui her nach den ketzern stant* (idest inde a Lafsb. 313.) *untz an das lehenbuoch.* alio loco, Lafsb. 326. in medio textu affert *daz sprichet Karlesch reht.*

24. Legum ex Baiuvarico iure desumtarum maior pars ita recepta est, ut regulae ac praecepta potius proponerentur, quam verba in Theutiscam linguam versa. attamen versionem exhibent Lafsb. 333—345. Fontem iuris illius speculator ita describit Lafsb. 343: *Disui rehte saste kiunig Karle ane den babest Leo.*

25. Aegidii epitomen (editam in Hänelii Lege Romana Wisigothorum) et ipsam scriptam inveniri in codice F 2. supra not. 14. laudato, Wilh. Wattenbach, qui mscr. librum diligentissime evolvit, certiorem me fecit. Quo veri similius itaque est, componendo speculo Suevico codicem illum adhibitum esse, eo magis nunc librum in Angliam venditum esse dolemus. Cf. Prolegomena mea ad Legem Alamann. scripta §. 1. pag. 5.

26. Itaque codices speculi Weingartensis nunc Stuttgart. (Lafsberg verz. n. 149.) et Uffenbachianus a. 1314 scriptus paragraphum addunt (ed. Lahr post c. 7. et Wackern. Zus. 385.), et hos legislatores laudant: *der heilig keiser Ludwicus und des sone der edel Lutherus.* Loci ex Ansegiso excerpti ita introducuntur: Lafsb. 360. *Diz sint diu gebot dez heiligen und des seiligen keiser Karlen.* Lafsb. 361. *Daz verbot der babest Leo und der selige und der heilige keiser Karle mit einander ze Rome. da si beide ein concilie haten.* Benedicti opere auctor speculi usus non est. neque exstat in codice F 2 supra citato quidquam praeter quatuor Ansegisi libros eiusque appendices.

27. Qui excepto brachylogo ac statuto Friburgensi fontes supra allegati sunt not. 14—20. attamen digestorum ac codicis Iustiniani exempla obveniunt.

28. De loco et auctoribus libri argumenta deduco ex iis quae proposui supra in not. 11. 13. infra not. 30. Ad aetatem speculi Sueviei arctioribus finibus describendam haec praecipue quae sequuntur allegari possunt:

a) Lafsb. 136. ex codd. Lafsb. et Ambras. Episcopus Caminensis ante a. 1228 de iure et facto Magdeburgensis archiepiscopi suffraganus non erat. Wilda's Zeitschrift X, 79 seqq.

b) Auctor speculi conscribendis legibus librum decretalium Gregorii IX a. 1234 editum, et constitutiones Friderici II et Heinrici regum ad a. 1235 usque propositas adhibuit. cf. tabulam in append. II.

c) Lafsb. 129. ex codd. Lafsb. et Ambras. Haec lex a scriptore experientia et rerum historia edocto addita est. Nam anno 1257, quum Wilhelmo mortuo novus rex eligendus esset, Coloniensis archiepiscopus, qui idem pro Moguntino suffragium tulit, atque Ludovicus Palatinus Rheni ac Bavariae dux, quum portae urbis clauderentur, foris moenia Frankofurtana Richardum regem creaverunt. Böhmer Reg. Imp. 1246—1313, 37. cf. pag. 22. ad a. 1252.

d) Lafsb. 130. Haec lex a librario codicis Lafsbergiani et aliorum duorum (Lafsberg verz. n. 8. 114.) omissa est. Codices Ambrasianus et Thuricensis in eo congruunt, quod numerum septem electorum afferunt certum et immutabilem. Huius collegii prima mentio facta est ab Alberto Stadensi ad a. 1240 ed. 1587, 215, ac deinde ut rei publico iure confirmatae et *consuetudinis circa electionem novi regis Romanorum in imperatorem postea promovendi apud principes vocem in huiusmodi electione habentes, qui sunt septem numero, pro iure servatae* ab Urbano papa IV in epistola a. 1263 ad Richardum regem scripta apud Leibnitz Cod. dipl. iur. gent. Prodrom. I, 15. Cf. Monum. Legg. II, 484. lin. 16 seqq.

e) Lafsb. 32. 120. Initium speculi Suevici in codice Lafsbergiano deperditum est, cum eoque prior ista lex deest. Ambrasianus et Thuricensis codices uterque exhibent: (der Swaben) *houbet man sol sin der herzoge von Swaben. ist der da niht, so sol ez dez riches marschalch sin.* Altera lex in codd. Lafsberg. et Ambras. dicit: *In tüschen landen hat iegelich lant sinen phallentzgraven. Sahsen hant einen, unde Peigeren hant einen, Swaben hant einen, Vranken hant einen,* ac respondet iuri Saxonico LandR. III, 53. §. 1: *Jewelk düdesch land hevet sinen *herthogen [unde*palenzgreven;* haec verba desunt in multis et optimae notae codicibus saec. XIV. XV. et in codice Berolinensi addita in margine sunt; at verba *—* desunt in aliis multis et in ipso Quedlinburgensi. cf. Homeyer ad h. l.] *Sassen, Beieren, Vranken unde Suaven — seder wandelde man in den namen unde hiet sie herthogen.* Speculator Suevicus in utroque loco mihi quidem indicasse videtur, ducem Sueviae sua aetate non exstitisse, ob eamque praecipue causam verba ultima typis insignibus expressa omisit. palatinum autem Suevia per longum tempus habuit. Stälin II, 435. 653. Hoc argumento aetas speculi post a. 1268 restringitur.

f) Lafsb. 18. 114—138. Passim speculator de rege nulla interregni mentione facta loquitur. nam verba Lafsb. 313a: »Cum imperium vacat« etc. ex decretali desumta sunt. Quae de rege dicta sunt ad Rudolfi aetatem pertinent, praesertim verba Lafsb. 137a: *Der kunc giht er sul in allen steten da*

XVI, 28. *bistum inne sint hof gebieten. Da criegten etwenne die phaffen fursten wider. die hant ir criec nu gelaezen.*

g) Lafsb. 130. Codex Ambrasianus cui censentiunt alii multi optimae notae saec. XIV. XV. scripti (Lafsb. verz. n. 24. 34. 59. 61. 62. 63. 69. 72. 90—98. 100. 102—110. 129. 144—148. 151. 154. cf. Schertzii not. 6. ad cap. 113. §. 8.) exhibet: *Under den leien fursten so hat der phalentzgrafe von Rine die ersten stimme an der chur. der ist des riches trohsetzze — der hertzoge von Paiern hat die vierden stimme an der chur und ist des riches schenche — dise vier sullen tutsche man sin von vater und von muter oder von eintwederme.* Cod. Turicensis: *der phalzgrave von dem Rine des riches truhsaese — der vierde daz ist des riches schenke — dise vier suln tusche man sin von vater und von muoter oder von ir eintwederm.* Ius Saxonicum LandR. III, 57. §. 2. haec habet: *Under den leien is die erste an' me kore die palentzgreve.* etc. *Die schenke des rikes die koning von Behemen, die ne hevet nenen kore umme dat he nich düdesch n'is. Sint kisen des rikes vorsten alle, papen unde leien.* Praeterea allegari potest Schw. LehnR. Lafsb. 8. ex cod. Lafsb. et Ambras. et Turic. aliisque apud Lafsberg (verz. n. 10. 24. 34. 61. 62. 63. 67. 69. 90. 91. 96—98. 100. 144. 146—148. 154.), ubi electores septem, qui regis expeditioni Romanae interessent, inter eosque enumerantur: *der phallentzgrave von Rine — vnde der herzoge von Peigern.* cui loco respondet Sächs. LehnR. IV, 2. Auct. vet. I, 12 et Görlitzer LehnR. IV et codex quidam Suevici iuris apud Lafsberg verz. n. 92, ubi sex tantum principes, qui *primi in electione* regem Romam proficiscentem comitari debeant, inter eosque Palatinus Rheni, non dux Bavariae enumerantur. Bohemus enim ut videtur usque ad Rudolphi aetatem ab expeditione Romana immunis erat. Raumer Hohenstaufen V, 103. not. 3. Monum. Legg. II, 419. lin. 44. Ante omnia itaque ea re ius Saxonicum a Suevico differt, quod non numerum sed solam seriem principum electorum inter principes Imperii constitutorum (cf. Monum. Legg. II, 101. lin. 4. [?9.] pag. 383. lin. 27.) demonstrat, deinde quod nulla Bavarici ducis mentio facta est. ius Suevicum denique ipsum incerti aliquid continet de suffragio Bavarico ac de Bohemico tacet. nam posterioris originis illi libri mscr. (Lafsberg verz. n. 10. 99. 114. 149.) sunt, qui Bohemum electorem laudant.

Reges Bohemiae Prziemysl a. 1196—1228, et Wenceslai primus a. 1228—1253 ac secundus a. 1278—1305 ab utroque parente Bohemo nati erant. Prziemysl Otakarus a. 1253—1278 matrem Suevam, Philippi regis filiam habuit, Rudolfus Alberti imperatoris filius a. 1305—1307, Heinricus Karantanus a. 1307—1310 ac filius eius Iohannes a. 1310—1347 Theutisci fuerunt. Interea peregrini quoque ius suffragii videntur habuisse, et id quod Saxonici libri auctor et Albertus Stadensis praescribunt: *rex Bohemiae, qui pincerna est, non eligit, quia non est Theutonicus*, pro publico iure non videtur viguisse. Nam rex Bohemiae inter eos enumeratur, qui Philippum a. 1198 (Monum. Legg. II, 201. 202.) et Fridericum II a. 1211 (?Böhmer Reg. imp. 1198—1254, 71. n. 41.) et Chonradum a. 1237 (Böhmer Reg. imp. 1198—1254, 256.) regno elegerunt, idemque inter septem electores laudatur c. a. 1250 a poëtis nostris Reinmar von Zweter et Frauenlob (Hagen Minnesinger II, 221. III, 385.). Otakarus etiam (nam de suffragio, quod Wenzeslaus I a. 1247 pro Wilhelmo tulisse dicitur, documentum in Monum. Legg. II, 363 allatum nil

XVI, 28. probat. Böhmer Reg. Imp. 1246—1313, 4. n. 5. et pag. 19.) a. 1257 pro Alfonso Castiliano intra urbem Francofurtanam (Böhmer l. c. 37 seqq.) suffragia tulit et a. 1273 novo regi eligendo *sollemnes nuntios procuratores suos* in suffragium Rudolfo adversum misit (Dolliner Cod. epist. Otakari regis, 17. Böhmer l. c. 52.). neque unquam tamen Bohemiae rex intra annos 1274 et 1285 (Böhmer l. c. 54 init. Monum. Legg. II, 435. lin. 41.) electoris ius iis, quae imperator egerit, consentiendi exercebat (Böhmer Regesta l. c. 59. n. 4. 5. pag. 62. 117. 118.). Anno 1275 controversia inter Rudolfum regem et Otakarum ut »principem imperii« moveri ac mox in bellum verti coepit, ita ut Otakarus ac socius eius Heinricus Bavariae inferioris dux a. 1275 in curia Augustana *in iuribus, officiis et feodis suis ab imperio dependentibus communi principum sententia dampnarentur.* Iohannes Victor. II, 2. apud Böhmer Fontes I, 304. cf. Böhmer Reg. l. c. 69. 70. Wenceslao Otakari filio, postquam Bohemiae feudum ab imperatore recepit, causa cognita a. 1289 et 1290 electoris dignitas cum palatino officio confirmata esse traditur (Lünig D. Reichsarchiv VI, 10. Olenschlager Erläuterung der aurea bulla 40.); sed iam a. 1285, quum de iure patronatus in Augst etc. ecclesiae Basileensi conferendo, »quia alienationes a quocumque rege Romanorum factae nullius momenti sunt nisi auctoritate principum fuerint firmatae«, electorum consensus posceretur, Bohemici regis manifesta declaratio et postulata et accepta est. Gerbert De translat. Habsburg. Austr. principum cadaveribus 117. Deinde Wenceslai regis suffragium electorale a. 1290 et 1292 petitum (Böhmer Reg. l. c. 157. 363 seqq. n. 158. 173), eiusdemque *assensu* a. 1298 Albertus rex creatus est (Ioh. Victor. III, 3. l. c. 337. Sattler Gesch. v. Würtemberg II[5], 51. n. 25. Böhmer Reg. l. c. 191 seqq. 371. n. 236. 241.), et Heinricus rex Bohemiae a. 1308 pro Heinrico Lützelburgensi, (Ioh. Vict. IV, 1. l. c. 359. contra quem Böhmer l. c. 376. n. 278.), et Iohannes a. 1314 pro Ludewico (Ioh. Vict. IV, 10. V, 1. l. c. 381. 383.) et a. 1346 pro Karolo (Michael Herbipol. l. c. 470.) suffragia ex iure suo tulerunt. Iohannes Victoriensis quidem, quum de curia Nörnberchensi a. 1298 narraret (l. c. 340.), ius Bohemicum ita descripsit: *Non invenitur a tempore, cuius non est memoria, quod in una curia sicut hic omnes fuerint electores: scilicet Treverensis, Moguntinus, Coloniensis, Palatinus dux Bavariae, dux Saxoniae, marchio Brandenburgensis. Rex Bohemiae non elector reputatur, sed dissensio eligentium si evenerit arbitrator, et pars cui innititur valentior estimatur.* sed idem Wenceslaus rex in Chron. Colmar. apud Böhmer Fontes II, 91, quum *quilibet dominorum regi in suo officio sicut debuit ministraret, cum preciosissima veste et equo sedens in cypho aureo vinum Alberto regi porrexisse* traditur (cf. Böhmer Reg. l. c. 205. n. 73) et in Aurea bulla I, 10. ius Bohemici suffragii confirmatum et omnis sublata dubitatio est.

Dux Bavariae aeque ac Bohemus inter electores Philippi a. 1199 (dum Palatinus Othonem eligebat. Arnoldi Lubec. chron. Slav. VI, 1.) et Chonradi a. 1237 (cf. infra) nominatur et a pontifice Romano a. 1246 admonitus est, ut novi regis eligendi suffragia iniret. At mox dubitari poterat an Bavariae adhaereret electoratus, quum duci Bavariae inde ab a. 1227 Palatini Rhenani dignitas iam antea (a. 1214—1218) usurpata, cum eaque suffragium electorale accessisset. Itaque ad annum 1255 usque idem erat Palatinus qui dux (Scheid Origg. Guelf. III, 217. Eichhorn II, §. 240. not. f. III, §. 395. not. l. m.

XVI, 28. Böhmer Reg. l. c. 351. n. 30.), ac vix distingui potuit qua ratione princeps ille ius suffragii exerceret. (Conradi elect. a. 1237 Monum. Legg. II, 323. ubi vocatur elector *Otto Palatinus comes Rheni dux Bavariae.* Albertus Argent. ad a. 1237 apud Urstis. II, 91: *elegit,* inquit, *dux Bavariae, qui et Palatinus comes Rheni.* Raumer Hohenstaufen V, 64.) Postquam vero a. 1255 duo heredes ducatum Bavariae diviserunt, uterque, et is qui palatinatum sortitus erat, et frater eius Hainricus dux Bavariae inter eos laudantur qui a. 1257 foris moenia Frankofurtana Richardum regem creaverunt. Pfeffinger I, 159. Itaque, quamquam Rudolfum regem non Hainricus dux Otakari socius, sed solus Palatinus elegit (Pfeffinger I, 161. Böhmer Fontes I, 304. Errorem itaque diploma illud a. 1275 et Chron. a Steindelio c. a. 1508 scripta apud Oefele SS. R. B. I, 510 ad a. 1273 continent.): ea tamen aetate quaestio de suffragio Bavarico emergere coepit, et aut confictum aut errorum certe fons erat diploma illud, quo Rudolfus a. 1275 controversiam inter regem Bohemiae et duces Bavaricos de suffragii iure ortam ita fertur disceptasse, ut *voces ducum Bavariae — ratione ducatus pro una in septem principum ius in electione regis Romani habentium numero computarentur.* Senckenberg Corp. Iur. Germ. ed. 1766 II[a], 46. not. Hainrico duci Bavariae quidem Rudolfi adversario tale beneficium eodem die, quo proscriptus est (cf. Böhmer Reg. l. c. 69. 70. 75. n. 234.), tribui nequivit. sed hoc certum apparet, Ludovicum ducem Bavarorum id egisse, ut Otakari regis inimicitias in lucrum domesticum verteret, nec defuisse, qui quod posceret iustum esse crederent, ex locis speculi Suevici et poëmate Lohengrin (Raumer Hohenstaufen V, 77.) apparet, ubi canitur: *ein schenke ist der von beierlant.* Interea per paucos tantum annos (1275—1290 quo anno Hainricus Bavariae dux mortuus est) talis error divulgari potuit, neque a. 1298 in curia Nörnberchensi (cf. supra), neque quum reges a. 1292—1314 crearentur (Böhmer l. c. 157. 193. 252. Pfeffinger I, 644. 653. Monum. Legg. II, 467. 490.) Bavarici nisi Palatini electoratus mentio facta est. neque unquam praeterea consensum electoralem, willebrief, dux Bavaricus nisi Palatinus praebuit. cf. Böhmer Reg. l. c. 62. n. 62. pag. 118. 129. n. 846. pag. 36 seq. n. 135. 139. Anno 1329 Palatina Bavarorum linea divisa de suffragii iure convenit, ut alternis vicibus uterque heres eam exerceret. tamen a. 1348 coniuncti *duces Bavariae et comites Palatini Rheni* pro Günthero rege vota dederunt. Karolus imperator a. 1356 Palatinatum a Bavarico ducatu imperiali lege divisit (Goldast Const. imper. I, 351.) et Aurea bulla, quae de suffragio Bavarico tacet, dubitationes in perpetuum submovit. His argumentis fretus equidem Saxonici iuris praecepta post a. 1253, Suevici ante a. 1275 facta esse negaverim. Cf. Heineccius hist. iur. civ. Roman. et German. II, §. 80. pag. 979.

h) Allegabo in tabula in append. II. proposita leges aliquot, quarum originem ex Rudolfi constitutionibus usque ad a. 1275 promulgatis deducendam esse credidi. Lafsb. 121[c]. 125. 137[a].

i) Ultra a. 1281 aetas speculi descendere nequit. Speculator enim constitutiones eo anno pro pace publica edictas (Monum. Legg. II, 427. 432.) ignoravit, earumque textus ideo speculi libris aliquot mscr. (Lafsberg verz. n. 104. 151.) adscriptus invenitur. Reyscher praef. edit. Lafsb. XVI. Praeterea liber quidam a. 1282 scriptus allegatur apud Senckenberg Corp. iur. Germ. 1766 II[b], 3. not.* Lafsberg verz. n. 56. 155. A librariis quidem vetustiorum etiam codicum, aut omnino ab auctoribus intra tempus illud, quo liber legum confectus et sanctione

imperiali (cf. not. 30.) promulgatus est, addi nonnulla poterant, quae ante a. 1281 pro iure communi nondum vigebant. Id e. gr. de loco speculi Lafsb. 193ᵃ dixerim. cf. supra not. 4.

29. His verbis de splendissima illa curia Norimbergae in festo S. Martini a. 1298 celebrata tractat Iohannes Victoriensis loco supra not. 28. g. allegato, et chronicon Sampetrinum apud Mencken SS. II, 309.

30. Ita scripsit Ach. Pirm. Gassarus annalista Augstburgensis ad a. 1298 apud Mencken SS. I, 1468 at quo auctore nescimus. Gotfridus de Ensmingen narrat ad a. 1298, Böhmer Fontes II, 146: *Convocavit etiam Albertus — principes tam clericos quam laycos apud Nurenberg et de ipsorum consensu multa bona statuta statuit, per Alsatiam, Sueviam et totam terram Alemanniae publicari iussit, que omnia utilia et nesessaria fuerunt.* De eademque curia referunt Eberhardus Altahensis et Chron. Osterhov., l. c. 547. 559: *Albertus edixit leges* et Eberhardus addit: *que inferius continentur,* ubi Böhmer adnotat: »diese gesetze folgen aber weder in der hs. noch bei Canisius noch im Chron. Salisb.« Licet verba ista de constitutione pacis dici possent, quam Albertus in eadem curia (Böhmer Reg. Imper. a. 1246 —1313, 204. 205 n. 70. 72. Pertz Monum. Legg. II, 480 Senckenbergio duce eam a. 1303 adsignavit) promulgaverat: equidem respiciens ad notas mscrorum supra not. 13. laudatas quae scriptor allegaverit referri nisi ad speculum Suevicum posse nego. et auctor eius verba, de quibus agitur, Lafsb. 3ᵃ. Wack. 6: *So mac der pabest doch kein reht gesetzen, damit er unser lantreht und unser lehenreht bekrenchen muge,* ex propria indole adscripsit, eaque ipsa desunt in Saxonici iuris codice Quedlinburgensi. denique leges illas *iam multis saeculis receptas* esse dicit, quum aut Saxonici iuris, qui fons Suevici libri est, aut leges non tam novas quam antiquas in eo libro collectas, Alamannorum, Baiuvariorum, capitula imperatorum etc. respiceret, sicut speculator ipse scripsit Lafsb. 1ᵇ: *An disem buoche stet och deheiner slahte lantreht noch lehenreht und och deheiner slahte urteile wan ez mit rehte von Romscher phahte und von Karls rehte her chomen ist und uz den buochen decret und decretal.* Praeterea animadvertendum est, annalistam c. a. 1576 vixisse, ac de tempore suo fortasse cogitasse, quum legum provincialium originem ab antiquitate repeteret. Hoc vero notatu valde dignum est, quod Albertus rex eodem anno in curia Norimbergensi die 22 novembr. privilegia Augustana nova sanctione adprobavit. Stetten gesch. v. Augsb. I, 85. Ann. Gassari l. c. nam intima inde speculi nostri ac statuti Augustani coniunctio apparet. cf. not. 13. 20.

31. Romana iura et canonica. cf. supra not. 12. 14. 15. 22. 25. Hoc sane notatu dignum est, quod ex Romano iure regulae magis et doctrina, cuius ope iurisperiti indigerent, quam ipsa praecepta et legislatio desumta sunt.

32. Ita servabantur Alamannorum praecipue ac Baiuvariorum leges. supra not. 12. 23. 24. Si Augustae confectum opus est, utriusque iuris coniunctio ex re fuit, nam Baiuvariae et Alamanniae fines episcopatu Augustano comprehendebantur. ac praeterea per longum tempus leges illae, ab initio iam inter se coniunctae, pro uno quasi iure habitae sunt, et codex legis Alamann. reform. H, supra XIV not. 4, contexendis illis duobus scriptus est.

33. Helvetii praecipue doctrinae Romani et canonici iuris infesti erant, nec scientia ea, *Bartele und Baldele* ut dixit iudex ille, intra Alpes vim legis habere poterat, nisi ipsis libris Germanici iuris inveheretur in quibus aliena illa iura recepta essent. Wilda Zeitschr. XI, 507. Matile de l'autorité du droit Romain etc. dans la principauté de Neuchatel 28. 48. Ita speculum Suevicum e. gr. Romani iuris usucapionem ad Helvetios transtulit. Schauberg Zeitschr. I, 357. Anno 1370 Helvetii coniurati, Sui-

tenses, Uranenses, Underwaldenses, Tugienses, Lucernenses legem ac foedus (»Pfaffenbrief«) condiderunt: *die pfaffen — söllend schwören, kein frömbdes gerichte geistlichs noch weltlichs ze suchen noch ze tryben gegen niemand, wann sie sollend von iegklichen recht nemmen an den stetten und vor dem richter, da er gesässen ist, es wäre dann umb ein ee oder umb geistlich sachen, on alle gevärde.* Tschudi Chron Helvet. I, 472. Praeterea leges »imperiales«, ex Germano ac Romano iure mixtae, quas iudices imperiales observabant, apud Helvetios vix momentum habebant, nec iudicium curiae imperialis Thurici ad talem finem constitutae durare potuit. Müller Schweizer gesch. ed. 1815 III, 109. Circa annum 1443 poeta quidam Isenhofensis Helvetios, ut qua superbia iura imperialia spernerent describeret, ita fecit loquentes: *Wann kämind wir für dherren, So hettind wir uns verwegen, Wir müstind widerkeren, Daheim der küyen pflegen, Unser herrschaft wurd dann schlecht, Klein, schmal wurd unser gbiet, Und well der küng von uns das recht, So kömme gen Bekenriet. Da wellend wir im losen.* et addit: *Küng, Gott geb dir heile, Dann sy müyt din gewalt.* Tschudi Chron. Helvet. II, 414. Eademque aetate, quum plus sexaginta Thuricenses ac Grifenseenses bello civili ab Helvetiis foederatis victi et capti ultimo supplicio afficerentur ac carnifex decimum quemque »beneficio legis imperialis«, Schwabensp. Lafsb. 126, vita donandum a ceteris separaret, iudex provincialis: *Bei uns gilt landrecht,* inquit, *schweige claffer.* Müller Schweizer gesch. IV, kap. 1. not. 204 seqq. Cf. III, kap. 12. not. 145. Helvetiorum enim omnium Imperii causa in curia Rotwilensi forum erat, id quod confirmat documentum Scaphusanum a. 1448 apud Tchudi Chron. Helvet. II, 527: *Diewyl dann die eydgenossen nit innoch uff das landgericht gen Nürnberg sonder under das hofgericht gen Rotwyl, als das landtkündig weri, gehörtind.*

34. Ea quidem Alamannicae gentis indoles generalis dici non potest, tamen Suevi magis quam ceteri propriae legislationis iacturam passi sunt. Nam sicut primis illis ius provinciae a principe suo iam ex Romano iure conditum est, ita intra fines eorum a iudicio Rotwilensi ac mox ab universitate studiorum Tubingensi maxima peregrini iuris pericula imminebant. Iudices curiae vix leges civitatum curabant (cf. docum. a. 1386 apud Tschudi Chron. Helvet. I, 536. not. a.) et amplificandae iurisdictoni pariter atque introducendis legibus suis, quae ex Romano iure mixtae tamquam imperiales iudicio vigerent, intenti erant. Vitriar. illustr. IV, 695 seqq. De Suevis praeterea narrat Sattler Allgem. gesch. Wirtemb. 537: *Als unter herzog Ulrichs regierung die unruhe des sogen. armen Conrad entstand, war eine der hauptsächlichsten beschwerden der landschafft, dafs nicht allein die doctores in der cantzley und bei dem hofgericht ihnen in ihren alten gebräuchen und gewonheiten eintrag thun, sondern auch die vielerley rechte in dem herzogthume selbsten ihnen beschwerlich seyen. Wefswegen auch im Tübingischen abschied* (a. 1552) *der herzog sich endlich erklärt, dafs die alten gewonheiten und erbare gebräuch zwar gehandhabt, iedoch einige geschickte, erfahrne und verständige leute von der landschafft und etliche räthe verordnet werden sollen, welche eine gleichmäfsige ordnung und recht aufzurichten befehligt würden.*

35. Chron. de gest. princ. apud Böhmer Fontes I, 23.

36. Supra not. 5.

37. Eichhorn III, §. 393.

38. Utriusque iuris, Saxonici et Suevici nexus apparet ex loco quodam Cosmographiae a Sebastiano Münster Ingelheimensi († 1552) Theutisca lingua (nam in editionibus Latinis a. 1550. 1559 desunt quae laudaturus sum) scriptae. Auctor ibi, ed. 1567 et 1572 pag. 461 seqq., quum Germanorum leges describeret, librum (mscr.?) speculi

Suevici Basileensem vidisse se a. 1543 refert, »in dem man findet gar seltzame landtrechten, die unseren vorfaren besunder der schwebischen nation seind vorgeschriben worden«. quo ex libro quum praecepta quaedam publici ac privati iuris epitomata proposuisset, de ceteris legibus haec verba addidit: *Wer die lesen will der luog, das er das gemelt bouch ueberkomm, oder nem für sich den sachsenspiegel, in dem des Sachsenland recht beschriben werden, die fast zuosammenstimmen mit den landrechten so der schwebischen nation vorgeschriben seind von den zeiten an, do Teutschland zum Christenglauben kommen ist* etc. *Solche und andere mehr landtrechten hat der grofse keyser Carlen geben, aber keyser Friderichen schreibt man zuo das lehenrecht.* Cf. Albrecht in Zeitschr. für wissensch. krit. 1830, 506. not. *. De consuetudinario iure servato cf. Schwabensp. L. 1[b]. 44. 139[b]. 195.

39. In append. III. proposui exempla ut varietatis ita mirae illius societatis, qua municipia Alamannorum inter se coniungebantur, dum vix sani quidquam in republica feudali remanebat. Nam vasalli pro regno territoriali aut in servitium ruebant aut in seditionem »pavidi adversis, inter secunda non divini non humani iuris memores«. soli municipes eam Germanis conditionem imperandi esse consentiebant, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur. quippe qua mente orator ille municipiorum Imperii in concione a. 1344 pulcherrima illa verba professus est: *Civitates,* inquit, *non possunt stare nisi cum Imperio, et Imperii lesio earum est destructio.* Libertas Germana nil aliud est quam ius Germanum, et inter cives floret. Civium igitur et iuris societate saepe respublica Germana et servabatur et augebatur, atque ab Alamannis maxime salus illa pendebat. Annis 1329 et 1347 calamitate publica moti cives Argentinenses, Basileenses, Friburgenses, Thuricenses, Bernenses, Solodurani, Constantienses, Lindavienses, Ueberlingenses, Helvetii coniurati, omnes in unum collecti et cum suis quisque sociis eodem iure municipali praeditis, Lünig D. Reichsarch. VII, 9. Part. spec. contin. IV[a], 8. Tschudi Chron. Helv. I, 306—310, eodemque modo a. 1331 municipes Augustani, Ulmenses, Biberacenses, Memmingenses, Kampidonenses, Kaufbeurenses, Ravensburgenses, Phullendorfenses, Ueberlingenses, Lindavienses, Constantienses, Sangallenses, Thuricenses, Reutlingenses, Rotwilenses, Esslingenses etc. pro pace publica atque Imperio foedera inierunt. Pfister Gesch. v. Schwaben II[b], 228. Datt De pace publ. 31. Böhmer Reg. imp. 1314—1347, n. 1388. Universae Alamanniae fines foedus pacis a. 1333 initum complectebatur. Schreiber Urkundenbuch I, 287. Anno 1362 foedus multorum Sueviae municipiorum cum Thuricensibus ab ipso imperatore, a. 1377. 1384 foedus inter eadem municipia et Abbacellenses atque Sangallenses conditum est. Müller Schweizer Gesch. II. kap. 5 not. 563. Zellweger Appenzeller urkundenb. I[a], n. 114. 115. 132. Anno 1385 pristinae denique reipublicae memores municipes Sueviae, Alsatiae, Helvetiae foedus inter se pro iure suo inierunt. Tschudi l. c. 512. Nec principes ipsi antiquae illius Alamannicarum provinciarum coniunctionis obliti videntur esse. nam duces Austriaci Suevos et Alsatienses et Helvetios quicunque ditionis suae erant sub eodem advocato constituere solebant. Blumer in Archiv für Schweizer gesch. III, 66. Müller l. c. not. 577[b] Senckenberg Sel. iur. IV, 179. 188. Tschudi Chron. Helv. I, 483.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

pag. 6. V, lin. 2. lege: Odovacar. quale nomen Herulorum rex ipse nummis suis inscripsit. Friedländer Die münzen der Vandalen, 1849. pag. 58. 59. »Audoachar« scriptores VII saeculi dicunt, inter eosque praesertim qui a. 668 »originem gentis Langobardorum« composuit.

pag. 23. lin. 21. lege: legum.

pag. 25. I, 6. Interpretationem illam, Ali-man, defendunt recentiores qui de iure et grammatica scripserunt, Müller Marken 212. Pott Forschungen II, 524.

pag. 26. II, 1. De migrationibus Alamannorum, dum Moeno adpropinquabant, cf. M. Duncker Origg. Germ. 122.

pag. 29. III, 37. Iacob Grimm monuit, ne variae vocis illius formae, qualis suo quaeque tempore inveniretur, negligerentur Gesch. der D. Spr. I, 411. 484. »Lidus, litus und laz zeigen alle drei stufen der muta D T Z. latjan ahd. lazan bedeutet retardare impedire, und erreicht so das lat. laedere, es mufs zusammenhang obwalten sowohl mit goth. lats ahd. laz piger segnis als mit lêtan ahd. lâzan sinere, aus der vorstellung mittere remittere dimittere scheint natürlich die von remissus und tardus entfaltet. In der altfränkischen (?) form lidus lido haftet das D aus urverwandter stufe, die uns litth. laidmi sino und atlaida remissio zeigen. während im laetus der notitia dignitatum des byzantinischen reichs das verschobene goth. T angenommen ward. Die Alamannen wahrten das T in litus (letus) neben lâzan.« Equidem animadverti apud Alamannos vocis sensum primitivum, letus lata, iam sexto saeculo aequalibus ignotum derivato, litus (a litan, manere) colonus, cessisse. quamquam ab initio ex eadem radice et indole verba illa formabantur, et hominum magis iudicio quam oratione inter se discrepabant.

pag. 31. IV, 18. lin. 4. lege: sedes«.

pag. 36. VIII, 6. lin. 3. Adhuc a. 1297 »coloni Imperii divites et honesti«, quos »plus quam quadraginta comes Friburgensis cepit«, in regione ista fuerunt. Chron. Colmar. apud Böhmer Fontes II, 83.

pag. 37. IX, 1. lin. 6. lege: ista in.

pag. 37. IX, 6. lin. 6. lege: Neugart C. D. A.

pag. 39. IX, 19. lin. 1. lege: praecipue.

pag. 40. X, 13. lege: Condistat in Alamannia, Hirsaugia etc.

pag. 41. X, 27. lin. 3. dele iam.

pag. 42. X, 27. lin. 5. lege: aut una aut plures.

ibid. lin. penult. lege: Germaniae.

pag. 43. X, 28. lin. 3. De privilegio isto Suevorum cf. Senckenberg Ged. vom lehh. gebrauch 103. 104. qui scriptorum saeculo XI posteriorum locos collegit.

pag. 43. X, 31. Ex Karoli Cap. a. 811. c. 4. Monum. Legg. I, 168. patet, statuliberos etiam ab episcopis, abbatibus, comitibus loco ministerialium positos, et tamquam »falconarios, venatores, telonarios, praepositos, decanos et alios qui missos recipiant et eorum sequentes, in casa ministerialium dimissos esse.«

pag. 44. XI, 8. Itaque a. 1238 Moguntinus archiepiscopus Curiensem episcopum consecravit. Chron. Erford. apud Böhmer Fontes II, 398.

pag. 53. XII, 26. lin. 8 seqq. lege: Privilegia, quibus Otto III imperator — comiti de Villingen — et Constantiensium, Schöpflin Hist. Zar. Bad. IV, 11, eademque etc.

pag. 53. XII, 27. lin. 1. lege: subditos.

pag. 55. lin. penult. lege: abbatie.

pag. 57. XII, 27. d. lin. 23. lege: Paterniacense, Scaphusanum, contendit etc.

pag. 59. XII, 27. g. lin. 1. lege: Iurisdictio.

pag. 60. XII, 29. lin. 23. lege: pauperini.

pag. 61. XII, 33. »Urbs imperialis que Haginove dicitur«, quam Godefridus Colon. laudat ad a. 1198 apud Böhmer Fontes II, 330, nominis illius exemplum in Alamannia forte vetustissimum est. »Regales civitates« tamquam Imperii ordo primo laudantur in Annal. Argent. ad a. 1228. l. c. 105.

pag. 61. XII, 34. lin. ult. lege: supra.

pag. 64. lin. 24. lege: 1218 seqq. — I, 91. 93. 94. Meerman Geschiedenis van graaf Willem van Holland V, 219.

ibid. lin. 39. adde: Böhmer Reg. Imp. 1198—1254, 374. n. 70.

ibid. lin. penult. adde: Böhmer Reg. Imp. 1246—1313, 63. n. 78.

pag. 66. lin. 18. Etiam ex documento a. 1248 apud Dumont Corps diplom. I, 195 patet Constantiensem episcopum regalia iura ut vasallum et principem Imperii exercuisse.

pag. 70. XIII, 21. lin. 2. Hermannus Altahensis ad a. 1227, Böhmer Fontes II, 500. haec scripsit: *Principum ac comitum et ministerialium tantam multitudinem sibi adtraxit ecclesia, ut si ei perseveranter et fideliter adhesissent, poterat pro sue voluntatis arbitrio triumphasse.*

pag. 70. XIII, 29. init. Oswaldus monachus Anhusanus, qui a. 1356 speculum Suevicum Latine vertit, supra XVI, 5, verba »ze sentrechte« Lafsb. 28 transtulit *tempore synodi.* Münchner gel. anz. 1841, 21. Cf. infra add. ad XVI, 13. lin. 4.

pag. 71. lin. 16. adde: In sententia proscriptionis adversus eos, qui Albertum regem occidissent et dicuntur primus »herzog Iohann von Osterrich«, alii tres »die edeln lut«, ultimus »ain riter« a. 1309 Spirae lata legitur: *wir nemen in gemainlich alle diu reht, die semper lut und unversprochen leut ze reht haben sulen.* Monum. Legg. II, 497.

ibid. lin. 24. Ad demonstrandum vocis »sentmessig« sensum varii loci legum Austriacarum circa annum 1300 latarum allegandi sunt. Primo scilicet ex lege provinciali saec. XIII promulgata cap. 24 (33.) apud Senckenberg Visiones div. de coll. legg. Germ. 231: *Es sol ouch niemant kain volgen* [cf. cap. 79 (33.) pag. 263.] *haben nach rechten lehen wan ain sentmessiger man und ain erbburger der sein recht wol herbracht hat.* in cap. 27 (35.) pag. 233 opponuntur »*sentmessig man* et *ain purger der nicht lehenmessig ist*«. item cap. 40. pag. 237: *Wir setzen und gepieten das kain richter über kain sentmessigen*

man nicht richt umb kain todslag oder umb ander sach dew im an sein leben gee wann der obrist lantrichter. tut aber ein sentmessig man ain deuphait oder ain ander poslich ding, so sol ain yeder richter wol uber in richten. Deinde Albertus Austriae dux a. 1296 Viennensibus civibus §. 22. ius proposuit, *daz sie sich vräuon sentmäzziges rehtes und sentmäzziger gestalt ze bringen bezeugnuosse, chlage ze tun, lehen ze nemen und ze haben und lehen ze laihen und an andern islichen häftigen geschäften ze tun.* Senckenberg l. c. 289.

pag. 72. XIII, 29. lin. 15. Ita laudatur »Dominus de Clingen vir libere conditionis« in Chron. Colmar. apud Böhmer Fontes II, 49.

pag. 73. lin. 31. lege: propius.

ibid. lin. 35. lege: insigniis.

pag. 74. XIV, 1. init. »Maiores et meliores terrae«: ut nos dicimus landstände, et Rudolfus rex constitutione a. 1287 c. 44, Monum. Legg. II, 452, scripsit: »Swaz die furste oder die lantherren in irme lande mit der herren rate sezzent und machent.«

pag. 75. XIV, 4. lin. 7 seqq. Oswaldus ille, de quo supra, verba speculi Suevici Lafsb. 1[b] »landrecht buoch« eadem ratione vertit *liber iudiciorum provincialium.* Münchner gel. anz. 1841, 21.

pag. 76. XIV, 19. lin. 5. Ex decreto Childeberti a. 596. c. 7. poena capitalis in Legem Ribuariam cap. LXXIX transiit. Eichhorn D. St. u. R. G. §. 38. nota i. omnino lex Ribuaria, quae a Karoli M. aetate in dies magis pro imperiali iure haberetur, doctrinam illam, qua crimina quaedam corpore et capite punirentur, communem apud ceteros Germanico imperio subditos videtur effecisse. id quod tanto facilius erat, quanto amplius extendebatur lex LXIX, 1, ex qua qui »regi infidelis exstiterit de vita componere« debuit.

ibid. lin. 24. Oswaldus Anhusanus, de quo supra, verba speculi Suevici Lafsb. 92 »ze hut und ze hare« vertit *ad cutis flagellationem et crinium abscisionem.* Münchner gel. anz. 1841, 22.

pag. 79. XIV, 42. lin. ult. A Savignii opinione in sententiam Eichhorni discedo, et ex codice Dolleonii decimam collationem agnosco, qualis aetate Iohannis Bassiani et donec Hugolinus novam conponeret scribi solebat. Eichhorn St. u. R. G. II, 269.

pag. 79. XIV, 45. lin. ult. adde: Böhmer Reg. Imp. 1246—1313, 98. n. 470.

pag. 80. XIV, 45. lin. 1. Cf. Grimm RA. 834. In rotulo Tubingensi saec. XIV aut XV inter antiqua iure id enumeratur: *auch ist unnser gewohnhaitt, das vil stät und dörffer ire recht bey unns suchen sollen.* Senckenberg Sel. iur. et hist. II, 238.

pag. 80. XIV, 47. lin. 4. »Sculteti ecclesie« laudantur in Vita S. Engelberti (a. 1204—1225) apud Böhmer Fontes II, 306.

ibid. lin. ult. »Sculteti Columbarienses« inde ab a. 1262 in Annal. Colmar laudantur apud Böhmer Fontes II, 4 seqq. a rege instituebantur et deponebantur ab eoque »castrum« quoddam pro feudo habebant, l. c. 17, ut »militum« ordine collocarentur. l. c. 25.

pag. 81. XIV, 51. lin. ult. Cf. Monum. Legg. II, 399.

pag. 82. XIV, 55. lin. ult. Cf. Böhmer Reg. Imp. 1246—1313, 357. n. 94.

pag. 82. XV, 2. lin. 2. Rudolfi regis filii, Hartmannus et Rudolfus alter post alterum

patris et Imperii vice Suevos gubernaverunt, solo nomine ducum apud aequales, non dignitate praediti. Dytherus de Helmestat ad a. 1273, Böhmer Fontes II, 475. ita scripsit: *Rex Sueviam rediit ibique filium suum D. Hartmudum*, quem mox Dytherus pag. 477 *Hartmannum ducem Suevie* vocat, *constituit, quia duce tunc temporis Swevia carebat, eique sororem regis Bohemie in coniugem tradidit.* Interea Alfonsus Castellae rex a. 1275 per Gregorii X papae litteras conquestus est, *quod ducatus Sueviae ad ipsum pertinens ex successione materna*, nam Philippi regis ex Beatrice filia nepos fuerat, *per Rudolfum cum iniuria detineretur.* Rudolfus quidem paratum se fore respondit, qui Alfonso, *si in ducatu ius aliquod sibi competere verisimiliter putaret, sine difficultate qualibet exhiberet quod ordo postularet rationis.* sed legatos pontifici *sufficienter de conditionibus et iuribus suis in ducatu Suevie competentibus informatos* misit, qui litem proculdubio composuerunt. Gerbert Cod. epist. Rud. 74—76. In Hartmanni a. 1281 mortui, Böhmer Reg Imp. 1246—1313, 111, locum Rudolfus frater eius successisse putandus est. Nam Rudolfum *ducem Sueviae*, qui *contra inimicos imperii de oppido ad oppidum pugnavit*, et Helvetiorum nobilibus, comitibus, civitatibus, episcopo Curiensi bellum a. 1287. 1288 intulit et a. 1290 mortuus est, inde ab a. 1282 laudat Gotofr. de Ensmingen apud Böhmer Fontes II, 116. 123. 124. 133. De utroque autem Rudolfi filio valet, quod de Rudolfo tantum Böhmer Reg. Imp. 1246—1413, 147 tradit: »Den titel herzog von Schwaben legen ihm die chronisten nur uneigentlich bei, nicht als einem nachfolger der Hohenstaufen in der schwäbischen herzogswürde, sondern wegen dem beträchtlichen hausbesitz Habsburgs in Oberschwaben, welchem er vorstand.« Immo Rudolfus id egit ut ducatus Sueviae ex sua familia restitueretur, neque perfecit tamen, quum mors et eos abstulisset, quibus ducatus daretur, et mox eum, qui dandi consilium iniit.

pag. 83. XV, 25. De Rudolfi comitis dignitate et officiis cf. Böhmer Reg. cit. 52 seq. et Gotefridi de Ensmingen notitias apud Böhmer Fontes II, 113 seq.

pag. 84. XV, 27. lin. ult. Albertus rex a. 1305 cives Wizzemburgenses a iudicio provinciali Hagenoviensi exemit. Böhmer Reg. cit. 241. n. 509.

pag. 85. lin. 5. lege: Tschudi I, 180. 204. Businger l. c. 438. Monum. etc.

ibid. lin. 8. lege: Tschudi I, 215. Businger l. c. 441, adversus etc.

ibid. lin. 12. Discordiae inter Helvetios et Austriacos initia ab a. 1309 ducuntur. Böhmer Reg. cit. 263. n. 92. pag. 269. 377. n. 280.

ibid. lin. 14. lege: Tschudi I, 245. 246. Kopp Urk. z. gesch. der eidgen. bünde 102. 103. Schmid l. c. I, 230. Tschudi I, 254.

pag. 88. XV, 29. lin. 11. lege: Datt De pace Imp. publ. ed. 1698 pag. 34—76, sed etc.

ibid. lin. 18. lege: 1246—1313, 118. n. 726. pag. 131. n. 876. add. I. etc. Deficiente duce pacis publicae causa, quae praecipua advocatiae pars erat, in Suevia »iudices et conservatores« a rege instituebantur, a. 1282 in superiori Sueviae parte tres, in inferiori duo et a. 1286 in Sueviae partibus quatuor inter eosque comes de Hohenberch. Monum. Legg. II, 442. 446.

ibid. lin. 39. De provinciali iudicio Ulmae constituto cf. documentum a. 1255 apud Senckenberg Sel. iur. et hist. II, 261.

pag. 90. XVI, 3. lin 6. lege: Brisacum, Mengen, Wangen leges etc.

ibid. lin. 9. Si quando municipii iura novis privilegiis aucta sunt, leges ita reformatae aliis municipiis tribui solebant. itaque ius Columbariense, licet ortum ex Friburgensi, a. 1282 ad Friburgenses transiit, ius Eſslingense a. 1295 ad civitatem Wangen, ius Ulmense inde ab a. 1296 ad municipia Memmingen, Ravenspurc, Sulgen.

pag. 90. XVI, 4. lin. 13. Ante hos paucos dies Pertzius dominus meus in libro quodam bibliothecae regiae Berolinensis typis edito (Opera Hemmerlini Thuricensis) fragmenta codicis speculi Suevici saeculo XIII scripti invenit, quibus bibliopegus quidam intra annos 1550 et 1600 in colligandis libri foliis usus erat. Ex segmentis istis, ut mox Pertzius docebit, codex qualis quondam fuerit cognosci potest. textus simillimus est codici Ebneriano supra not. 4. w. laudato et exhibentur loci ex iure provinciali alii integri, aliorum partes tantum. numeri capitum adiecti non sunt. a capite libri legum, ut fragmenta docent, libellus ille scriptus. erat, qui »der patriarchen« sive »der kunige buoch« dictus in ceteris multis speculi voluminibus (supra XVI, 21.) addi solebat et describitur apud Senckenberg Vis. div. coll. legg. Germ. 181.

ib. lin. 25. lege: b* fam. A.) Friburgensis Burgund. a. 1410 scriptus. mbr. Laſsberg n. 36. cf. Matile Le miroir de Souabe pref. XI. et in fine libri »Correspondance des chapitres du miroir de Souabe«.

c) Friburgensis Brisigav. saec. XIV. etc.

ibid. lin. 30. lege: scriptus.

pag. 92. XVI, 4. lin. 14. lege: quaeque lex antecedens.

pag. 92. XVI, 5. lin. 11. lege: 122. 131. 138—142.) etc.

pag. 92. XVI, 6. lin. 1. lege: Laſsberg n. 10. 63. etc.

ibid. lin. ult. Primae speculi editiones post praefationem, in qua legislatores dicuntur *der heilig Constantinus und groſs keyser Karel und keiser Friderich der ander*, titulum exhibent: *Hie hebet an das register des spiegels keiserlicher und gemeiner lantrecht.* Textui iuris provincialis inscribunt: *Hie hept sich an dz landrechtbuoch hienach geschriben*, et feudalis: *Hie hept sich das edel lehenrechtbuoch an also.* Spangenberg Beiträge zu den D. rechten 89. Habui ante oculos librum bibliothecae regiae Berolinensis, qualem descripsit Hain Repert. II*, 232. n. 9868.

pag. 93. XVI, 8. Viguisse ius speculi atque laudatum a iudicibus esse alia quaedam docent argumenta, quae digna propositu sunt:

a) documentum a. 1325 apud Senckenberg Sel. iur. et hist. II, 229: *Ich Conradus von Weinsperg veriehe auch grave Ulrichen von Wirttenberg — einer wehrunge der vorgenanten gutte* (*vestin Winiden, burg unnd statte*, res venditas) *für ein recht aigen iar unnd tag, die ich oder meine erben ime oder seinen erben thun sollen nach des landes recht.* alludit ad speculum Suevicum Laſsb. 209. 302[b].

b) In documentis Austriacis a. 1378. 1379, apud Senckenberg Sel. iur. et hist. IV, 224. 228. 245. 270. collectis, frequens formula obvenit *als landez und lehensrecht ist* et *als das des landes recht ist in Oesterrich*, quae quidem referri potest ad leges pro-

vinciae Austriacae, ubi haud semel legimus »als recht ist nach des lannds gewonhait«. similis enim formula documenti Bavarici »widerlegung der heirath nach landesrecht« (Senckenberg Sel. iur. et hist. V, 370.) de alio quam Bavaricae provinciae iure dici nequivit. Interea aliquoties, l. c. 201. 202. 206, ius de quo in Austriaco codice nihil cautum erat, *als morgengab widerlegung, als phandts morgengabe widerlegung heimstewr landes und lehens recht ist*, de speculo Suevico intelligendum esse credidederim. Quamquam formulae iudiciales plerumque pertenue sunt argumentum.

c) Documentum a. 1419 relatum apud Datt De pace publ. ed. 1698. pag. 704. n. 6: »Carolus Lotharingiae dux in causa quaesitae administrationis tutelaris comitatus Würtembergensis *hat sich rechts erbotten für Sigismundum den Römischen könig oder für das schwebische recht im land zu Schwaben*, vel ut alibi memoratur *er habe begehrt zu einem gütlichen redlichen aufstrag zu kommen nach dem landrecht zu Schwaben.*«

d) Coram iudice provinciali Norimbergensi a. 1434 causa adversus ducem Teccensem acta est, cuius in gestis legimus: *wann dez reichs recht und schwebische recht weren, wenn ein fraw abgieng an leiplich erben, dafs dann ir verlassene habe fürbas auf ir nächsten erben gefallen söllt.* Senckenberg Vis. div. coll. legg. Germ. 203. haec alludunt ad speculum Suevicum Lafsb. 9. 155 I.

e) Documentum a. 1437 in iudicio Wirzeburgensi scriptum apud Senckenberg Ged. vom lebh. gebrauch 84. 305: *Der abbt des closters Ebrach antwortet durch seinen angedingten fürsprech, wie er und sein closter einen hof hätten bei Fahr gelegen genant Elgerheim, — denselben hof sie auch also frey eigen inngehabt und hergebracht hätten länger dann landsrecht und gewohnheit auch menschen gedächtnufs wäre.* alludit ad speculum Suevicum Lafsb. 56.

f) Senckenberg Ged. vom lebh. gebr. 77. 292 [229.] documentum a. 1451, et pag. 103. documentum a. 1471 ad speculum Suevicum refert, neque argumenta vero agnosco.

g) Speculi Suevici volumen ad ea tempora ac fere ad ipsum annum usque manibus exarari solebat, quum typis divulgari coepit.

h) Documentum a. 1485 apud Datt l. c.: »*in der beweisung defs widumbs* gräfin Elisabeth zu Zweybrücken und Bitsch, graf Heinrichs zu Würtemberg gemahlin sive in litteris sub dato Strafsburg uf zinsstag nach der hailigen drey könig tag a. 1485, *das gedachter gräfin Elisabeth gelihen, gegeben und befolgt werden soll an aller graf Heinrichs verlassenen vahrenden hab nach des landes zu Schwaben recht, herkommen und gewohnheit.*« alludit ad speculum Suevicum Lafsb. 19 seqq.

i) Documentum Hirsaugiense a. 1511 apud Senckenberg Ged. vom lebh. gebr. 295: *ewiger kauff mit mund und mit hand nach des landes recht und gewohnheit zu Schwaben — in gewere als landsgewonheit und recht ist und insonder mit allen*

rechten als ob es unter dem stab und vor dem rechten pabstlichs und keyserlichs gerichts zugangen und geschehen sey.

k) iurisdictio imperatoris »non obstantibus quibuscunque privilegiis« defenditur ab anomyno a. 1613 »aus den alten und vielleicht eltisten teutschen rechten — in den *alten keys. und königl. land- und lehenrechtssatzungen* und sitten etc. anno 1472 zu Haidelberg (mscr.? cf. Spangenberg Beiträge zu den D. rechten 87.), nachher anno 1505 und 1566 durch Sebastian Meichsner abermals publicirt« (et allegantur leges in fol. 3. 6. 17.) »welches im Röm. reich und an dem ort da man iura imperatoris et Imperii vornehmblich inn acht nehmen will, zu iedermans nachricht inn offnen truck verfertigt« etc. Liber in quo haec leguntur, inscriptus est: Nothwendige erinnerung was bey dem — scripto unter dem titul Beständige informatio facti et iuris — zu eines R. keysers auch aller catholischen churfürsten und stände höchsten unglimpff — mit gesuchter occasion der Donawörtischen relation zum andern mal getruckt worden etc. Ingolstatt 1613. pag. 130 seq.

pag. 93. XVI, 8. lin. ult. adde: Codex supra laudatus not. 4. 6. ad iudicia Palatina rem refert, quum libro legum inscribat: *Ci commance li livres dou droit de la cort lo rois dalamangnie.*

pag. 94. XVI, 11. lin. 1. lege: praeterea in Basileensibus duobus bibl. univ. C. IV, 15 et C. IV, 38. (Lafsb. verz. n. 4. 5. Senckenberg Visiones div. de coll. Legg. Germ. 89.) in Wohlfartiano quondam Palatino (Lafsb. n. 183. Senckenberg l. c. 100.) in Argentinensi quem etc.

ibid. lin. 15. lege: (cod. d. addit *buoch*) *das da heifst von lehenrechte* sive *hie vaht an das lehenrecht buch* (ita codex Basileensis C. IV, 15. Lafsberg verz. n. 4, qui feudali iuri postea inscripsit: *Hie hebt sich an das edell lehenbuch und ist das dritt stucke dieses buchs.* simili modo codex Wohlfartianus post priorem partem *Registrum huius libri II* et finito textu posterioris libri iuri feudali inscribit: *Hie vahet an das edel und das recht lehenbuech*) sive *hie hebet an daz* etc.

ibid. lin. 17. adde: Codex speculi Francogallici Bernensis supra not. 4. b. laudatus cum Lafsbergiano ceterisque, qui divisionis vestigia conservant, ita congruit ut finito textu capitis 213, Lafsberg 219, haec verba obveniant: *Ci prant fin li livres dou droit paisain. Ci comancerons a dire dou livre deys droit de la cort dou roys dalamaignye qui sunt fait et estrabliz per lo comant que nostre stres comanda a moyses son amis au mont de sinay por iugier leaulmant.* Textus prioris partis ultra cap. 219 non extenditur, et inscriptionem istam index prioris partis sequitur, qui transcriptus vel translatus ex vetusto libro, cui folium unum cum eoque rubricae capitum Lafsb. 78—193 deerant, continua serie 105 capita continet. Pars altera, cui index deest, velut opus ab anteriori diversum nova numerorum serie capita 1—147, Lafsb. 220—377, continet, eique inscriptum est: *Ci comance li prumier livre dou droit des fiez.* Huius libri textum ius feudale, *qui est seconz livrez*, inscriptis verbis iam a Lafsbergio notatis excipit. Bernensi codici simillimus est liber Friburgis Burgund.

Lafsb. verz. n. 36, quem Matile Le miroir de Souabe pref. XI. descripsit. iste enim, quamquam desunt capita nonnulla, quae leguntur in Francogallico et in Lafsbergiano (Lafsb. 117—121. 151. 165. 190. 193. 314. 365.), post cap. 218 tamen quod est Lafsb. 219 nova numerorum serie, 2—158, leges partis posterioris distinguit. Cf. Matile l. c. in fine »Correspondance des chapitres du Miroir de Suabe.«

pag. 96. XVI, 13. lin. 4. In speculi libro Turicensi (G supra 4. notato), quem proposuit Lafsb. vorw.[A] (cf. Reyscher praef. IX. X.), legimus *semparvrie*, ita ut origo vocis clarior appareat.

ibid. lin. 22. lege: praef.

ibid. lin. penult. lege: *gebürt tausent zweihundert* etc.

pag. 97. XVI, 20. d. Neque vero tacere voluerim vestigia iuris, quod in speculo ex statuto Augustano receptum esse credidi, Lafsb. 254, iam a. 1274 inveniri. dico de poena stupri violenti, de quo in Annal. Colmar. apud Böhmer Fontes II, 8. legimus: *Iuvenis quidam vivus sepelitur in Columbaria, quia virginem vi cognovit.* Simili modo a. 1301 *in Schlezistat iuvenis in parvo rivo Rheni turpiter fuit submersus, qui ante modicum temporis virginem violenter defloraverat.* l. c. 39. Iidem annales a. 1274 *falsarium monete Columbarie in caldario coctum esse* referunt. l. c. 9, sicut Oswaldus Anhusanus falsario monetae, Lafsb. 192, poenam »decoquendi« (an iudicio Dei »in den wallenden kezzel ze grifenne untz an den ellenbogen« in supplicium verso?) statuit. Münchner gel. anz. 1841, 23.

pag. 98. XVI, 25. Codex F2, quem Anglo cuidam venditum esse putavimus, adhuc in Germania exstat.

pag. 99. XVI, 28 c. lin. penult. De Palatini Tuwingensis officio ac iure cf. documentum a. 1331 apud Senckenberg Sel. iur. et hist. II, 236.

pag. 101. XVI, 28. lin. 7. Vetustissimum quod sciam documentum quo »principes imperii« imperatori de re publica disponenti consenserunt, a. 1220 reperitur Monum Legg. II, 397. lin. 36 seqq. eidemque proximum a. 1274 l. c. lin. 29. At vero *donata, confirmata seu facta quocumque modo alio de rebus vel bonis imperii nullius habere roboris firmitatem, nisi consensu maioris partis principum in electione Romani regis vocem habentium fuerint approbata*, ab anno 1281 demum pro iure publico habebatur. l. c. 435.

ibid. lin. 22. Etiam a. 1291 suffragium regis Bohemici petitum est. nam documentum a Böhmero Reg. Imp. 1246—1313, 364. n. 167 refutatum vere authenticum esse a Wattenbachio meo, qui cartam vidit et agnovit, nuper edoctus sum.

ibid. lin. 47. Bavariae ducem Palatini iura iam a. 1214 exercuisse docuit Böhmer Reg. Imp. 1198—1254, 370. 371.

pag. 11. lin. 5. lege: regium.

pag. 30. IV, 11. lege: Zeuss l. c. 324. 470. not.*.

pag. 40. X, 16. Alamanniae ac Burgundiae fines descripsit Jacob Grimm D. Spr. II, 703. not.*: »Die mittlere und obere Ar scheidet beide stämme, Murten, Solothurn, Bern fallen zu Burgund: der Argau bis zur Reufs ist alamannisch, so wie ganz Zürich, Sanctgallen, Appenzell, Glarus, Zug, Schwiz, Uri, Underwalden und das meiste von Luzern: rechts der Roth (Rothaha) war alamannisch, links burgundisch.«

pag. 60. XII, 29. lin. 6. a fine lege: 79. Kopp Gesch. der eidgen. bünde II[a], 325. 331. not. 3. Turgoviensis, Zellweger Appenzeller Urkundenbuch I[a], n. 54. 61. etc.

pag. 74. XIII, 31. pag. 84. XV, 28. E Koppii libro »Geschichte der eidgenössischen bünde II[a], Zürich, Lucern, Underwalden, Uri, Glarus und Schwiz bis zum iahre 1291,« quamquam difficile quae de publico iure scripta sunt in breve coguntur, ut sub uno conspectu posita omnia intelligantur, id tamen patet quod, quem »auctorem« historiae Helveticae praedicare debemus, is initia reipublicae patriae a defectione, quin etiam seditione veluti bello a servis contra dominos gesto exiisse censet. Certo inter Suitenses statuliberi rustici ab initio fuerunt, et ius Alamannorum liberos ecclesiae colonos, l. c. 299. 309. 310, tuebatur nec qui »cives inhabitatores, possessores villae« antiquitus dicti personam standi in iudicio imperiali habebant et *Suevorum qui et Alamanni dicuntur lege ac iudicio*, non curiae vel advocati iure utebantur, proprii homines aestimari poterant. l. c. 313. 316. 331. Omnes quidem Rudolfus comes Habspurgensis »hereditario iure sibi pertinentes« a ditione sua ad Fredericum II. defecisse conquestus est, l. c. 145: at qui imperatorem sequebantur, feloniam saltem evitare quam pontifici Romano, qui hostis Germanici Imperii erat, obedire maluerunt, atque ipsa Rudolfi comitis provincialis potestas ab Imperio derivabatur. l. c. 325. 331. Nonne comitis iura rex, qui dederat, vasallo adimere potuit felono? Praeterea nullo alio argumento nituntur qui provinciae comites fuisse Habsburgenses iudicent quam verbis Rudolfi qui ipse causam egit, et incerta res est, num advocati imperialis an provincialis comitis loco Habsburgenses gubernaverint. l. c. 276. not. 2. 326. not. 3. At concedo utriusque officii nomina extra municipia (v. c. Thuregum) vel monasterii provincias (Glaronenses et homines ecclesiarum Stannes et Buches valliumque »in intramontanis« sive Underwalden. l. c. 193. 209—211.) saec. XIII aut principum respectu confusa esse aut promiscuo usu inter se discrepare desiisse. Apud Uranienses quidem ab a. 1231 ambigui vix quidquam relictum est, quum »de possessione comitis Rudolfi de Habspurg redemti et exemti ad usus Imperii liberati essent«, l. c. 274: neque tamen comitum illorum auctoritatem provinciales refutaverunt, imo illi, »inter speciales Imperii alumnos computati«, iudices a »lantgravio Argovie regis nomine« constitutos agnoscebant. l. c. 276—278. Intra fines Uraniae enim aeque ac Suitensium statu liberorum multitudo, qui nec milites nec vasalli fuerunt, dominationis speciem cum advocatia ex antiquo pagi comitatu orta aequabant. et dum Hnovi comites idem agebant quod antiqui, iudicia praecipue exercendo, nemo resistebat. principatus territorialis belli causa facta est.

pag. 80. XIV, 46. lin. 5. lege: 1227, *consiliarii* Lucernenses a. 1261. »Burgensium« etc.

pag. 82. XV, 2. Exstat sigillum »camerarii ducis Sueviae« documento anni 1283 affixum. Lang Reg. Boica IV, 778.

pag. 82. XV, 7. lin. 2. adde: Kopp Gesch. der eidgen. bünde II[a], 34. not. 7.

pag. 108. in add. XIV, 45. lin. 1. lege: antiqua iura id etc.

pag. 112. lin. ult. lege: Friburgensis.

INDEX RERUM AC NOMINUM.

Numero Romano capita, Arabico notas, numero uncinis incluso paginas, siglo add. post numeros scripto additiones indicavi.

Abbacella XV, 28 (86. 87). XVI, 2. 29.
Abiurare XIV, 30.
Adalbero episc. August. XI, 3. 12.
Adalbertus dux Als. IX, 27.
Advenae XIII, 28.
Advocatia terrae XII, 27[a]. 37. XIV, 13 (66. 67). XV, 15. XVI, 39. ecclesiae XIII, 31. XV, 28.
Advocatus XII, 27[a]. XIII, 13 (67). XIV, 47. 52. XV, 27. XVI, 39. *v.* Homines advocati.
Aegidii epitome legis Romanae XVI, 25.
Agenaricus III, 23.
Agilo III, 32.
Agnati *v.* Heredes.
Agri decumates III, 4. 5. inarvales, allimitantes III, 3.
Alaman I, 2.
Alamanni: Germani I, 7. Suevi I, 8. 9. III, 3. IV, 17. Vandali II, 11. III, 21. IV, 1. Moenum accolentes II, 1. Nicro vicini III, 7. in Gallia II, 5. 10. 16. IV, 1. 2. 8. V, 1. 7. 8. VI, 2. 18. 19. in Italia II, 6. III, 38. VI, 9. in Pannonia IV, 16. VII, 10. in Saxonia VI, 15. Suevis iuncti IV, 15. VIII, 11. stipendiarii XII, 25. tributarii III, 18. 38. V, 9.
Alani III, 21. IV. 1.
Alaricus rex Suevorum IV, 16.
Alemanni, Alemannia, Alimannia I, 1.
Alfonsus Castellanus XV, 2 *add.*
Aliman I, 6 *add.*
Allamanni I, 3.
Almande I, 4.
Alsatia IV, 2. VI, 2. 16. 17. 20. IX, 14. 26 *seqq.* X, 4. 10. 39. 44. XI, 23. XII, 21. XIII, 4. XIV, 26. 45. 50. 53. XV, 15. 25. 27. 28 (87). XVI, 5. 39. *v.* Pagi. Duces.
Altimannia I, 1.
Amman XIV, 48. XV, 28.
Amptleuthe XIII, 29 (70).
Andilaha XI, 11. XII, 27[e]. 34. XIII, 13 (66). 30 (72).
Ansegisus XI, 33. XVI, 22.
Araris IV, 3. X, 16.
Aratura XI, 11[f].
Ardenna VI, 18.
Argentina: caput ducatus XII, 20. ecclesia et episcopus XI, 11. 12. XII, 27. XIII, 13. XV, 26. 27. ius XII, 36. XIII, 30. XIV, 44. municipium II, 8. XII, 27[d]. 29. 34. XIII, 19 *seqq.* XIV, 46. XV, 27. XVI, 30.
Arimanni I, 5.
Asinnius Quadratus I, 2.
Audoachar V, 1.
Augia dives XI, 11. 12. XII, 27. minor XIII, 13 (65. 67). Augiense ius *v.* Ius.
Augusta Vindelicorum X, 15. XII, 27[d]. 33. ecclesia et episcopus XII, 27[e]. XIII, 13. 30 (73). XIV, 38. ius XIV, 44. XVI, 12. 20. et *add.* 22. 30.
Augustudunensis episc. VII, 8.
Austri reges post Dagoberti I aetatem IX, 17. 28. 29.
Austriacae leges XIII, 19 *add.* XVI, 9.
Authenticae imperatorum XIV, 42.

Baden XIII, 13 (68). XV, 5.
Baiuvarii IV, 11. IX, 14. 16. X, 15. 35. XI, 19. leges XVI, 9. 12.
Bavariae suffragium electorale XVI, 28[e].
Bannum VIII, 13. XII, 27. *v.* Heribannum.
Banwart XIII, 29 (71).
Bara *v.* Para.
Barones *v.* Minoflidis.
Basileensis episc. VII, 8. XII, 27[a.b.c]
Befulci IV, 6.
Beneficium VIII, 9. *v.* Heredes.
Bernoldus episc. Argent. XI, 12.
Bertholdi duces Zeringenses XII, 12. 44. 49. 50. 52. XIV, 11. *v.* Perhtoldus.
Bertholdi monachi sermones XVI, 12.
Biblia sacra XVI, 12.
Bisantius XIII, 13 (65).
Bitheridus III, 30.
S. Blasii cella XII, 27. XIII, 15.
Bohemiae suffragium electorale XVI, 28[g].
Bonifacius dux Als. IX, 27.
Brachylogus iuris civilis XVI, 14. 27.
Brigantini comites XV, 8. 13.
Brisacum *v.* Prisacum.
Brisgovia XII, 52. XIII, 2. XV, 28 (87). 29.
Buccellinus dux VI, 8.
Buchowa XI, 11. XIII, 13.
Bucinobantes III, 9. 25.
Burgenses XIV, 46.
Burggrave, burgmeister XVI, 12.
Burgundia V, 8. VI, 18. X, 16 et *add.* 19. 39. 42. XII, 6. 22. 52. XV, 15.
Burgundiones III, 6. 8. IV, 1. 3. 11. VI, 16 *seqq.* VII, 4. X, 16. 17.
Burkardus *v.* Purchardus.
Butilinus dux VI, 8. 9. VII, 5. VIII, 3.
Byrse IX, 26.

Camera XII, 8. *v.* Missi.
Camerarius VIII, 10. XV, 2 *add.*
Campanenses VI, 16.
Campidona XI, 11. XII, 27. 34. XVI, 39. comitatus XIII, 13 (66).
Campus Madius, Martius VIII, 14. X, 9.
Canstat, Condistat IX, 6. 14. X, 13 et *add.* XV, 29. XVI, 3.
Capillati Suaviae V, 11.
Capitalis poena XIV, 8. 19. 31.
Capitula XI, 28 *seqq* 37. XII, 38. 39. XVI, 12. 16 *seqq.*
Castrum XIII, 8. XIV, 46.
Cellarius XIV, 48.
Census X, 31. XI, 11[f]. XIII, 27[b].
Centena Alamannica III, 3. pagi Francica VIII, 11. X, 31. Curiensis XII, 27[b].
Centenarius VIII, 10. XIV, 49.
Chaticus dux Als. IX, 27.
Childebertus II rex Austri VI, 14. 16.
Chlodoweehus rex V.
Chnodomarius III, 23.
Christiana fides, canones, concilia VII, 2 *seqq.* VIII, 4. 6. *v.* Ecclesia.
Chrocus III, 21.
Chrodobertus dux VI, 14.
Chronicon Epkonis XVI, 21.
Chuni III, 6.
Chuonradus I dux XII, 5. 8. 11. 20.
Cinctio XII, 27[e].
Cippus bannalis XII, 27[b].
Cirotheca XIII, 26.
Civitates *v.* municipia.
Ciuvari IV, 6.
Clavenna XII, 27[b]. XIII, 3. XV, 28 (86).
Codices msscr. legum Alam. VII, 1. 11. XI, 1. 10. X, 27. XI, 36. 39. XIV, 4. 21. XVI, 23 *seqq.* speculi Suevici XVI, 4 *seqq.* et *add.* speculi Saxonici XVI, 4. 6. 10.
Coloni ecclesiae XII, 29. regis VIII, 6 et *seqq.* X, 31. XII. 29.
Coloniae Alamannorum III, 38. IV, 16. VI, 9. 15. VII, 10.
Coloniense ius *v.* Ius.
S. Columbanus VII, 6.
Columbaria XIV, 45 *seq.* et *add.* X, 26. 27. XVI, 1.
Comitatus belli III, 28. 30. 31. episcopalis XII, 27[d]. comites III, 28. 30. 31. VIII, 10. X, 6 *seqq.* 21. XI, 18. 19. 22. 24. XII, 37. comitum iura XII, 27[g]. 37. XIV, 5. genus XII, 30. comes domesticorum III, 32. comes palatinus XI, 14. XIV, 50. 55. XV, 13. XVI, 28[a.c] et *add.* comes provincialis XIII, 31 *add.* XIV, 50. XV, 25.
Coniuratio XIII, 19. coniuratores XIV, 46.
Conradinus dux XIII, 1. XIV, 55.
Conservatores pacis XV, 29 et *add.*

Conradus II dux XIII, 2.
Consiliarii XIV, 46 et *add.*
Consortes XV, 27.
Constantia: episcopus et ecclesia VII, 7. X, 20. XI, 11. 12. XII, 50. XIII, 13 et *add.* civitas XII, 26. 27[e]. XV, 28 (85. 87.) XVI, 39. ius XIV, 44.
Constitutiones pacis XII, 38. 41. 42. XIV, 6 *seqq.* XVI, 14. 28[d].
Consuetudo civitatis, ecclesiae, terrae XIV, 44.
Consules XIV, 46.
Conventus Franciae XVI, 26.
Corium et capilli *v.* Decapillare. Depilare. Excoriare.
Cosmographia Münsteri XVI, 38.
Crimina *v.* Ius.
Culmense ius XVI, 9.
Cunzenpfennig VIII, 7.
Cunzo dux VII, 10. VIII, 8. castellum Guntionis VII, 10. Cunzo II dux X, 2.
Curia XIV, 41. *v.* Ius.
Curia Norimbergensis XVI, 13. 28[e]. 29. 30.
Curiensis ecclesia et episcopus XI, 8 *add.* 11. 34. XII, 21. 27[a.b.g.] XIII, 13. 30 (73). comitatus X, 20. XII, 27[g]. ducatus X, 20. lex Romana XIII, 30 (73). municipium XVI, 2.
Cutis *v.* Excoriare.

Dagobertus I rex Austri VI, 14. 18 *seqq.* VII, 7. VIII, 10. X, 19. XI, 1.
Decapillare XIV, 8. 19 *add.* 31.
Decima collatio voluminis XIV, 42.
Decimae X, 32.
Decretales XVI, 16. 28[b]. Urbani IV papae XVI, 12.
Decretum XVI, 16.
Decumates *v.* Agri.
Depilare XIV, 16. 19 et *add.*
Desertinense monasterium XII, 27. XV, 28 (86).
Diffiduciare XIV, 30.
Droctulfus Suevus IV, 16.
Ducalis dignitas VIII, 3. 7 *seqq.* IX, 3. 4. 6. 7. 17. XII, 2. 7. 17. XIII, 10.
Ducatus Alamannorum XII, 3. 11. 12. 43. 44. 46. Curiensis X, 20. Rotenburgensis XIII, 5. XV, 15. Sueviae XIII, 1. 2. 5. XV, 2 et *add.* Zeringensis XII, 52. XIII, 2. 12. 15. XV, 5 *seqq.*
Duces Alamannorum VI, 8. 9. 12. 14. VII, 10. VIII, 3. 13. XI, 3. 42. XII, 5. 6. 16. XVI, 28[e]. Alsatienses IX, 27. XII, 30. Rhaetiarum X, 20. XII, 21. Zeringenses XII, 12. 44. XIV, 25. 27. XV, 3. 5.
Dux belli III, 20 *seqq.* 27. VIII, 3. militum VIII, 2.

Eberstein *v.* Novientum.
Ecclesiae iura publica VII, 4. 9. 11. VIII, 4. 13. IX, 19. 20. XI, 11[a.f.] 37. XII, 27[a]. XIII, 21 et *add.* XIV, 38. XV, 28. XVI, 13. *v.* Ius.
Editiones speculi Suevici XVI, 6 *add.* 8 *add.*[g.h.]
Einsidelon III, 3. XII, 27. 34. XIII, 13. 30 (73). XV, 28 (85. 86).
Electores XII, 7. XVI, 28[a.d.g.] et *add.*
Eleon *v.* Andilaha.
Elhenwangen XI, 11. XII, 27. XIII. 13.
Ellmyn I, 6.
Emporium XII, 27[e].
Engloberc monasterium XII, 27. XIII, 13 (65). 30 (73). XV, 28 (84).
Episcopi iura, iudicia etc. VIII, 13. X, 6 *seqq.* 32. dominatio XII, 27[g]. principatus XIII, 13.
Epkonis chronicon XVI, 21.
Equitare XIII, 30. XV, 1.
Erchanger nunc. cam. XI, 10. 17.
Ernesti duo duces XII, 5. 10 *seqq.*
Esslingen XI, 11 *fin.* XIV, 46. 55. XVI, 3 et *add.* 39.
Ἑταῖροι III, 31. VIII, 12.
Ethico III, 15.
Exactor fisci IX, 5.
Excoriare XIV, 16. 19. 31.

Fabaria XI, 11. XII, 27. XIII, 13. 29. XIV, 44, XV, 28 (86).
Filii, filiae *v.* Heredes.
Fiscalinus, homo fiscalis VIII, 6. IX, 21.
Fiscus regis IX, 21. X, 31. XI, 11. comitis XII, 27[b].

Flagellare XIV, 19 et *add.*
Foederati I, 3.
Foedus Suevicum XV, 29.
Foresta cincta XII, 27[e]. fisci XI. 11 (47).
Forum *v.* ius.
Fossiones argenti XII, 27[h].
Fraomarius rex III, 26.
Franci III, 37. IV, 4. VII, 4. *v.* Medii Alamanni.
Francia orientalis V, 6. 9. VII, 1. X, 11. *seqq.* XIII, 5.
Freda IX, 29. X, 31.
Friburgum Brisig., comites XIII, 13 (68). XV, 21. 29. ius XIII, 25 *seq.* XIV, 45. XVI, 1. 3 et *add.* 12. 20. 27. XVI, 20. municipium XV, 27. 39.
Friderici quinque duces XII, 12. XIII, 1.
Fridericus de Buren XII, 18. 45.
S. Fridolinus VII, 4.
Froburgenses XIII, 13 (68).
Fuldense ius XIII, 30.
Furentowa XI, 11[e].
Fürstenbergenses XV, 19. 21. 29.
Frye gotzhufslütt XIII, 29 (71).

S. Gallus VII, 6. S. Galli monasterium et abbas VIII, 8. XI, 11. 12. XII, 26. 27. 35. XIII, 29. 30. municipium XIV, 48. XV, 28. XVI, 2. 39.
Gebaudus, Gibuldus IV, 13.
Gemeinrecht XIV, 51.
Genus militare XIII, 30 (73). *v.* Comites.
Germania Prima II, 8.
Gesamintertheil XIV, 1.
Gesinde XIV, 2.
Gilstriones VIII, 6.
Glaronia XIII, 29. XIV, 46. XV, 28. XVI, 2.
Godofridus dux IX, 6. progenies eius XII, 44. XV, 3 *seqq.*
Gotefridus abbas XI, 12.
Gothofredus II dux X, 2.
Grawpündten XV, 28 (87). XVI, 2.
Grimaldus abbas XI. 12.
Grüningenses XV, 19.
Gundomadus III, 14.
Guntionis castellum *v.* Cunzo.

Habspurgenses XIII, 13 (68 *seq.*). XIV, 50. XV, 23 *seqq.* et *add.*
Hagenowe IX, 26. XIII, 13 (68). XIV, 44. 46. 47. XV, 26. 27 et *add.* XVI, 1.
Haribannum IX, 29. Francorum VI, 14. X, 23 *seqq.* 38. regum et imperatorum XI, 2. 16. XII, 16. XIII, 7.
Hariobaudus III, 11.
Hartmannus dux XV, 2 *add.*
Hattones abbates Aug. XI, 4. 12.
Heiligenbergense iudicium XV, 29.
Heinricus I dux XII, 5. 12. 18.
Heinricus rex XIII, 1.
Helfenstein XIII, 13 (69).
Heredes: agnati III, 26. XII, 11. XIII, 1. beneficiorum XI, 24. filii XII, 11. 43. XIII, 1. filiae XII, 10. 11. XIII, 1. fratres XII, 11. XIII, 1. consobrini XII, 11. sorores XII, 11. 44.
Herimanni quatuor duces XII, 5. 8. 9 *seqq.*
Hlotharii I, II. reges Franciae VI, 16. 18. 19. VII, 2. 11.
Hnabi dux IX, 8. 25.
Hohenaugia XI, 11.
Hohinloh XIII, 13 (69). 29 (72).
Homines advocati XIII, 31. XVI, 2. ecclesiae XI, 11[f]. XII, 34. proprii XIII, 13 (67). 29 (72). *v.* fiscus. sentbar.
Hortarius III, 1. 13. 28. 30.
Hunimund rex Suevorum IV, 16.
Huntari VIII, 11.
Husgenossen XIV, 2.

Iburninga VII, 10.
Idololatri VII, 4 *seqq.*
Immunitas ecclesiae XI, 11[f]. XII, 27[a.b.] XIII, 13. (64. 65. 68).
Inarvalis *v.* Agri.
Ingenui, liberi III, 39. XII, 29 et *add.* XIII, 29 (72). 31 *add.* XIV, 52. XV, 28.
Instrumenta publica IX, 17. 18.
Istaevones I, 7.
Iudex provincialis XIV, 51. 53. publicae pacis XV, 29 et *add.*
Iudicia ecclesiastica XI, 11[e]. XII, 27[a]. XIII, 13 (66. 69). imperialia XI, 26. XII, 26. palatina XVI, 8 et *add.* popularia III, 28. VIII, 8. 13. 14. provincialia

XIV, 4 et *add.* 46. 53. 54. XV, 27 *seqq.* et *add.* Westfalica X, 28. XIV, 22.
Iuniores comitis X, 31. XI, 11*f*. XIV, 48.
Iurati XIV, 46. XV, 28 (85).
Ius advocatiae XIII, 13 (66). Alamannorum IV, 1. V, 11. VI, 7. VII—X. XI, 34. 37. XII, 40. XIV. XVI. Augiense XII, 27*a*. XIII, 30 (72). canonicum XVI, 12. 14. 22. 31. Coloniense XIV, 45. comitum XII, 27 in. criminale XI, 37. XIV, 5 *seqq.* Culmense XVI, 9. curiae XIII, 30. de non evocando XIII, 26. XIV, 51. ecclesiae XII, 27*a*. XIII, 13. 21 et *add.* 30 (66. 72). XVI, 12. feudale XII, 3. XIII, 29 et *add.* forestae XI, 11. XII, 27*e*. fori XIII, 26. Imperii XI, 26. XII, 26. XIV, 5. 19 *add.* 20. 21. 22. XVI, 6. 33. iudiciale XIV, 4. 41. mercatorum XII, 27*e*. 31. 34. 35. XIII, 26. XIV, 36. ministerialium XIII, 30. municipale XII, 36. XIII, 19. 25. XIV, 22. 38. 44. XVI, 1. 2. 3. 12. 39. optime abbatie XII, 27*a*. XIII, 30 (72). palatinum XVI, 8 et *add.* personale VIII, 5. XI, 26. provinciale XIV, 4 et *add.* 41 *seqq.* XVI, 1. 2. 3. 4. regale XIV, 32. 55. Romanum V, 11. XVI, 12 *seqq.* terrae XIV, 51. *v.* statuta.
Iusticia banni XII, 27*h*.
Iusticiarius XIII, 13 (69).
Iuthungi II, 4.

Kaiserrecht XVI, 9. 10*f*. 14.
Kaisers puch XVI, 6.
Kamerer XIII, 29 (70).
Karlisch recht X, 28. XVI, 7. 14. 23 *seqq.*
Karlmann XVI, 7.
Karlomannus IX, 13.
Karlus princeps IX, 12.
Karolus magnus X. XVI, 6 *add.* 7. 14. 23 *seqq.*
Kastvogte XIII, 31.
Kaufbeuren XIV, 48. XVI, 3. 39.
Kerzer XIII, 29 (70).
Kiburgenses XIII, 13 (68). XIV, 50. XV, 10 *seqq.* XVI, 2.
Kilstriones VIII, 6.
der Kunige buoch XVI, 21.

Lacus Brigantinus III, 10. IX, 6.
Laeti, leti III, 32 *seqq.* 37 *add.* 42. VII, 1. VIII, 1. 6. XII. 29.
Landbücher XVI, 9.
Landesrettung XV, 27.
Landrecht XIV, 51. XVI, 2. 4. 8 et *add.* 11. 14. 33.
Landsazzen XIII, 29 (70). XVI, 13.
Landstände XIV, 1 *add.*
Lantfridi duces IX, 9. 15. 16. 23.
Lantgravius Alsatiae XIII, 13 (68). XIV, 50.
Lanthacarius dux VI, 8.
Lata III, 37 et *add.*
Latinus III, 32.
Laufenbergenses XIII, 13 (68).
Lemannus lacus I, 1.
Lentienses III, 10. 32. VII. 10. XI, 5. 22.
Leo papa XVI, 23. 24.
Lescandus XVI, 21.
Leti *v.* laeti.
Leudefridus dux VI, 12.
Leutharis, Leutharius dux VI, 8. 9. VII, 5. VIII, 3. IX, 2.
Lex Alamannorum, Pactus VII, 1. Hlotharii VII, 11. 12. VIII, 5 *seqq.* Dagoberti IX, 1. Lantfridi IX, 10. Reformata X, 27. Epitoma XIV, 4. plena phaath X, 31. XII, 29. Alamannica fons speculi Suevici XIV, 4. 12. 22. 32. Baiuvariorum XVI, 7. 12. 22. 24. 32. naturae XIV, 43. Ribuaria VII, 1. XIV, 19 *add.*
Liberi *v.* Ingenui.
Liberi ecclesiae XII, 29. XIII, 29. 31 *add.*
Libertas monachorum XIII, 13 (64). S. Petri XIII, 13. Romana XII, 32.
Liberti, libertini III, 39. 40. VIII, 1. 6.
Lidus III, 37 *add.*
Limes II, 3.
Lindavia XI, 11. XIV, 46. 47. XVI, 3. 39.
Lingones II, 10. IV, 2.
Liquores XII, 27*f*.
Litan III, 37 et *add.*
Liti III, 37 *add.* VIII, 6. XII, 29.
Liutfridus dux Als. IX, 27.
Liutolfus dux XII, 3. 5. 9. *seqq.* 14. 16.
Liutwardus episc. Vercell. XI, 1.
Lotharingia VI, 2.
Lotharius rex X. XVI, 26.
Lucerna: monasterium VIII, 2. X, 31.

XI, 11. XV, 28 (84). municipium XIV, 46 *seqq.* ius XIV, 22. 29 (85 *seqq.*). XVI, 2. 33.
Ludovicus imperator X. XVI, 26.

Macrianus III, 11. 27. 30. VI, 3.
Magistratus Francorum VIII, 10. 12.
Maior XIV, 48. domus IX. maiores et meliores terre XIV, 1 et *add.*
Manus abscisio XIV, 8. 15. 16. 19. 31.
Marca familiae III, 3.
Mariaemontanum monasterium XIII, 13 (66). 30 (73).
Marchio Curiensis Rhaetiae X, 20. Italiae XII, 23.
Maroboduus rex Suevorum IV, 7.
Mattiacae aquae III, 11.
Maurimonasterium XIII, 13. 30 (73). XV, 27. XVI, 1. *v.* Vallis S. Gregorii.
Medii Alamanni VII, 1. VIII, 1. 5.
Meginradescella *v.* Einsidelon.
Mercatores XII, 31. 34. 35. XIII, 26.
Mercatus XI, 11. XII, 26. 27[e]. 35. XIII, 13 (64). *v.* Ius.
Metalla XII, 27[f]. XIV, 55.
Milites XI, 43. XII, 26. XIII, 29. 30. XV, 1.
Militia externa XII, 25. Romana III, 30. 32.
Minister municipalis XIV, 48. vallis XV, 28.
Ministeriales X, 31 *add.* XI, 23. 25. XIII, 13 (67). 30. XIV, 2. 8. 52. 53. XIII, 30 (73). XIV, 48. 52. 53.
Ministerium X, 31 et *add.* XI, 18. 23. XIV, 48.
Mino flidis, barones de m. fl. III, 37. 39. 42. V, 11. VII, 1. VIII, 1. IX, 11. *v.* Leti.
Minoralia XII, 27[f].
Missi camerae IX. ecclesiastici XI, 8. 12. regis X, 20. 29.
Mittelvrie XIII, 29 (70). XVI, 13.
Moguntia praesidium II, 2. 8. metropolis VII, 7. XI, 8 et *add.*
Moneta ducalis VIII, 7. XII, 15. imperialis XI, 11. XII, 27[d]. XIV, 36. urbana, episcopalis XII, 27[d]. XIII, 13 (66). leges monetariae XIII, 13 (66).
Monetagium XII, 26. 27[a-c]. XIII, 13 (64. 66).
Montefortenses XV, 13.
Mundiburdium ecclesiae XI, 11[a]. XIII, 13 (68).
Municipes XIII, 27 *seqq.* XV, 26. 27. 29.
Municipia ecclesiastica XII, 29, 32. XIII, 20. 24. palatina et Imperii XII, 29. 33 et *add.* XIII, 8. XIV, 47. XV, 27. 29. XVI, 39. territorialia XIII, 8. 25.
Murbach XI, 11. XII, 27. 34. XIII, 13. 30. XIV, 19. XV, 25.
Mure monasterium XII, 27. XV, 25.
Mythus Alamannicus X, 28.

Nares abscidere XIV, 19.
Nassau III, 11.
Nebi dux IX, 25.
Negotiatores *v.* mercatores.
Nobilis vir XI, 25.
Nordsuavi VI, 15.
Novellae X, 27.
Novientum XI, 11. XII, 27.
Nummi *v.* moneta.
Nuncii camerae *v.* Missi.

Oberhof XIV, 45.
Octonarius numerus III, 27.
Oculos eruere XIV, 15. 19.
Odovacar V, 1 *add.*
Offnungen XIV, 3.
Operae ingenuorum X, 31. XII, 11[f].
Optimates III, 28. 30.
Ortinaugia IX, 8.
Ostarstuopha V, 9.
Ottones tres duces XII, 5. 7. 11. 12.

Pagi antiqui Alamanni I, 9. III, 2. 24. Alsatienses XI, 23. XII, 27[e]. Francici VIII, 2. 10. 11. X, 31. XI, 18. 22. XII, 30. 37.
Palatia XI, 14. palatinus honor XII, 8. *v.* Municipia.
Palatinus dux Bavariae XIV, 55. XVI, 28[e].
Para III, 37. VIII, 6. X, 4. 20. XI, 11[f]. 19. 23.

Patronatus ecclesiae XI, 11[a.b.c.] XII, 27[a]. XIII, 13 (66).
Pax publica XIV, 6 *seqq.* *v.* iudices.
Perduellionis causa XIV, 19.
Perhtoldus nuncius camerae XI, 15.
Pfaffenbrief XVI, 33.
Phaath, phahte. X, 31. XII, 29. XVI, 14.
Phalburger XIII, 28.
Phullendorf XIV, 48. XV, 13. 15. XVI, 39.
Pippini maior et minor IX, 5. 16. X, 1. 2.
S. Pirminius VII, 6.
Placita XIV, 28.
Plebs, populus III, 1. 14. 28.
Poenae capitales et corporales XIV, 8 *seqq.* 31.
Praeiudicium XIV, 1.
Praesides VIII, 2. IX, 3. X, 20. 21.
Priarius III, 24.
Prima acies IV, 6. X, 28 et *add.*
Primates III, 30.
Primi Alamanni III, 39. V, 11. VII, 1. VIII, 1.
Principes Alamannorum III, 1. 25. 26. Imperii XIII, 13 (66). 21. 23. XIV, 33. 35. terrae XIII, 13 (63. 67—69). XIV, 40.
Prisacum XII, 16. XV, 26. XVI, 3 et *add.*
Proscriptio XIV, 31.
Provincia V, 8. VI, 19.
Provinciales Suaviae V, 11. *v.* comites.
Purchardus comes XI, 9. duces duo XI, 42. XII, 1. 6. 10. 16. 21.
Pyersse XV, 29.

Quadrarii XII, 27[b].
Quadratus Asinnius 1. 2.
Quartani XII, 27[b].

Rando III, 30.
Raprehtswile XIII, 13 (68). XVI, 2.
Rauracense praesidium II, 2.
Ravenspurc XIV, 46. XVI, 3 et *add.* 39.
Rector Rhaetiarum X, 20. 45.
Regales III, 1. 28. 29. 30.
Regenspergenses XIII, 13 (68 *seq.*). XVI, 2.
Reges, regna Alamannorum III, 1. 14. 23. 26—28. IV, 7. 13. 16. VII, 10. X, 47. regnum Prisaugie XIII, 2. regnum Sueviae X, 47.
Reguli Alamannorum III, 1.
Reislaufen XII, 25.
Renaugia XI, 11. XII, 27.
Respendial III, 22.
Reutlingen XIV, 46. XVI, 3. 39.
Rhaetia II, 4. 10. III, 10. 38. IV, 8. 12. V, 7. 11. VIII, 2. X, 19. 20. 39. 43. 44. XI, 19, 22. XII, 21. XIII, 3. XIV, 53. XV, 28. XVI, 2. Rhaetienses coloni XIV, 44. 48. XVI, 2. Rhaeticus limes II, 3. 9. III, 14. Rhaetica statuta XVI, 9.
Ribuarii V, 2. VI, 1. VII, 1. *v.* lex.
Riches rechte XVI, 6.
Rinawa *v.* Renaugia.
Rivi auri argentique XII, 27[f].
Rotenburgensis ducatus XIII, 5.
Rotwila XIV, 41. 50. XV, 27. XVI, 33. 34. 39.
Ruadharius abbas XI, 12.
Rudolfus dux Rudolfi imp. filius XV, 2 et *add.*
Ruodhardus IX, 3. 23.
Ruodolfus de Rinfeldin XII, 6. 11. 16. 17. 19. 22 *seqq.*
Ruprechti Fris. compilatio legum XVI, 9.
Rustici XIII, 30 (73).

Sabaucus *v.* Gebaudus.
Sachsenspiegel XVI, 4 *seqq.*
Salinae XIV, 55.
Salomones episcopi Constant. XI, 12.
Salsa *v.* Selz.
Sangallenses *v.* Gallus.
Scabini VIII, 14. XIV, 46.
Scaphusa XII, 26. 27[c.d] XIII, 13 (64). XIV, 46. XV, 28 (85).
Schlegelküng III, 27.
Schlettstadt XIV, 44 *seq.* XV, 26. XVI, 1.
Schwabenspiegel XVI, 4 *seqq.*
Schwäbische erde XIV, 1.
Schwebisches recht XVI, 8 *add.*
Sclavi IV, 6. V, 9.
Scultacia Curiensis XII, 27[b].

Scultais, scultetus XII, 27[b]. XIV, 47 et *add.* 48. XV, 27.
Scutariorum rector III, 32.
Scutilo III, 32.
Selz, XII, 27. 29. 34. XIII, 13. XVI, 1.
Semper, sentbar, sentmäfsig etc. XIII, 29 et *add.* XVI, 8. 13.
Serapio III, 23.
Servatus dux Rhaet. X, 20.
Servi VIII, 1.
Sigeberti I. II. reges Austri VI, 14.
Sigobertus rex Francorum V, 2.
Silva bannita *v.* foresta.
Sinodales XIII, 29 (70).
Slavi *v.* Suabi.
Solidus duplex III, 39. VIII, 1.
Speculum Saxonicum, Suevicum XVI, 4 *seqq.*
Spitaler XIII, 29 (70).
Stannes XIII, 31 *add.* XV, 28.
Statuliberi *v.* Ingenui, Liberi ecclesiae.
Statuta XIV, 44. XVI, 9. 12. 20. 22.
Staufenses XIII.
Steine monasterium XII, 27[b]. XIII, 30. XV, 28 (84). XVI, 2.
Steora V, 9.
Stephanus dux XV, 2.
Stilicho IV, 1.
Strateburgum *v.* Argentina.
Stuafa, stopha IX, 29.
Suabi IV, 6. V, 11. VII, 10.
Sualafeld X, 15.
Subadvocatus XIII, 13 (67).
Subreguli III, 28.
Suevi, nomen generale I, 8. 9. speciale IV, 5 *seqq.* V, 10. VIII, 11. Pannonici IV, 16. Saxonici VI, 15. *v.* ducatus. prima acies.
Suggentenses VI, 16.
Suites villa III, 3. XII, 29. XV, 28. Suitenses XIV, 52 *seq.* XV, 25. 28. XVI, 2. 33.
Sulzberg XII, 27[c]. XIII, 13.
Sunderlüte XIII, 29. 30 (70. 72. 73).
Suomarius III, 12.
Suspendendi poena XIV, 31.
Swabenrecht XVI, 8.
Synodus, synodales *v.* sentbar.

Tecke XII, 52. XV, 6. 29.
Tello episc. Curiensis X, 20.
Telonium X, 31. XI, 11[f]. XII, 26. 27[b.c]. XIII, 13 (68. 69). XIV, 37.
Territorium XI, 18. XIII, 13 (67—69). 31.
Theodebaldus rex Austri VI, 9.
Theodebertus rex Austri V, 4 *seqq.* VI, 17. VIII, 3.
Theodemir rex Ostrogoth. IV, 15.
Theodericus, rex Ostrogoth. V, 5. 9. 11. X, 20. rex Austri VI, 1 *seqq.*
Thiotbaldus dux IX, 14. 24. 28.
Thuringi IV, 11. V, 11, VI, 3.
Transrhenanus limes II, 3. III, 35. V, 6.
Treuga XIV, 6 *seqq.*
Tribuni VIII, 2. 11. IX, 3. X, 21. stabuli III, 32.
Tributarii III, 18. V, 9.
Tributum X, 31. XI, 11[f].
Tugienses XV, 28. XVI, 33.
Tulbiacense proelium V, 3.
Turegum, advocatia et comitatus XII, 52. XV, 7. 25. curtis regia XI, 11 (47). ecclesia XI, 11. XII, 27. XIII, 13. XVII, 15. 26. municipium XIV, 46. 47. XV, 26. 28. XVI, 39. ius XIV, 44. XVI, 2. 9.
Turenses VI, 16.
Tuwinga XIV, 45 *add.* 46. XVI, 3.
Tuwingenses palatini XIII, 13 (68). XV, 13. 29. XVI, 28[e] *add.*

Ueberlingen XIV, 46 *seq.* XVI, 3. 39.
Ulma XIV, 46. 48. XV, 28 et *add.* XVI, 3. 39.
Uncilenus dux VI, 12.
Underwald XIII, 31 *add.* XIV, 52. XV, 28. 33.
Urahenses XV, 21.
Urere XIV, 16.
Urius III, 17. 28.
Uronia XI, 11 (47). XII, 29. XIV, 4. 22. 52. XV, 28. XVI, 2. 33.
Ursicinus III, 17. 28.

Vadomarius III, 14. 16.
Vallis Masonis XI, 11.

Vallis S. Gregorii XI, 11. *v.* Maurimonasterium.
Vandali II, 11. III, 21. IV, 1.
Vasallagium VIII, 2. 10. 12. XI, 25. XII, 4.
Venatio XII, 27[a]. XIV, 16.
Verberare XIV, 8.
Vesontio IV, 2. 18.
Vestralpus III, 17. 28.
Victor II dux Rhaet. X, 20.
Vierer XIV, 46.
Villicus, villicatio XIV, 48. XV, 28 (85).
Villingen XII, 26. XIII, 13 (68). XV, 28 (87). 29 (89). XVI, 3.
Vindonensis episcopus VII, 4. 7.
Vir illuster VIII, 3. IX, 6. X, 20.
Vir nobilis XI, 25.
Virst IX, 26.
Vithicabius III, 15.
Vithungi II, 4.
Voggetleute XIII, 29 (71). 31.
Vogt XVI, 12.
Vosagus VI, 18. IX, 26.
Vridebrief XII, 42.
Vrie geburen XVI, 12.
Vrydank XVI, 12.

Waldkirich monasterium XII, 27[a].
Warinus camerae nuncius IX, 3.
Welfi IV, 17. XI, 21. XII, 43. XIII, 12. 14. XIV, 11. 27. XV, 15.
Werdenbergenses XV, 13. 28 (86. 87).
Werinharius episc. Argent. XII, 18.
Wilhelmi regis electio XVI, 28[a].
Willeharius dux IX, 8.
Wiltbannum XII, 27[a-a].
Winidi IV, 6.
Wirgildum III, 42. VIII, 1.
Wirtenberga XIV, 55. XV, 19 *seqq.* XVI, 3. 5.
Wirziburgensis episc. V, 6.
Witgarius episc. August. XI, 12.
Wizzenburg XI, 11. XII, 27. XIII, 30 (72). XV, 26. 27 et *add.* XVI, 1.

Zeringen *v.* Bertholdus. ducatus.

Die anhänge, eine vielleicht wünschenswerthe, aber nicht unentbehrliche beigabe zu diesem buche, können unter den noch ungünstig obwaltenden zeitumständen augenblicklich nicht im druck erscheinen, denn sie hätten den umfang des werkes um vieles erweitert. Im ersten anhang wollte ich die verfassung der Römer im alamannischen Rhätien vornehmlich nach den gesetzen, welche Hänel vor elf jahren zuerst (Richter krit. jahrb. 1838. III, 583. und neuerdings in der Lex romana Wisigoth. 455.) bekannt gemacht, und nach dem rechtsbuch, dessen bedeutung jüngst Hegel festgestellt hat (Gesch. der städteverf. von Italien II, 119.), beschreiben. Der zweite sollte eine tabelle enthalten, in welcher die nachweisbaren quellen des schwäbischen landrechts verzeichnet sind. Im dritten umfassendsten sollte der versuch gemacht werden, die entwicklung der hof-, stadt- und landrechte, überhaupt die geschichte der statutargesetzgebung innerhalb der grenzen der alten Alamannia nach genetischer oder topografischer ordnung darzustellen. Diese monografien, für die nächste bessere zeit aufgespart, werden in einem gesonderten bande und in deutscher sprache erscheinen, denn dafs das voranstehende werk lateinisch verabfafst wurde, geschah lediglich in der absicht, dasselbe in die vorrede meiner lex Alamannorum aufzunehmen, wogegen ich mich aber zuletzt selbst entschieden habe.

Es war mein angelegentlicher wunsch, dafs die Monumenta germaniae den text des alamannischen volksrechts mindestens gleichzeitig mit dem vorstehenden werke bringen möchten. Dieser wunsch hat bei der beschwerlichkeit des druckes nicht erfüllt werden können.

Druck von Gustav Schade in Berlin, Oranienburger Strafse 27.